tum. l. pactum. C. de colla. sed contrariuʒ loquiṫ quan
do in ipso contractu non tractamus de futura succes
sione. vnde bene cōcedendum est ꝛ fatendum ꝙ tene
ret contractus inuestiture in p̄iudicium inuestiētis si
quis ignorans accepit inuestiturā de alieno feudo vel
etiā sciens. sed accepit specifice cautionem de euictio
ne. ita ꝙ non habebat respectū ad futuraʒ successionē
alterius. sed solummodo ad interesse suū: vt. j. de inue
sti. de re. alie. fac. in prin. ꝛ. §. i. sʒ nō tenebit i p̄iudiciuʒ
ipsius possidētis ƀʒ ꝙ voluerūt mediolanēses vt hic i
scđa pte. ꝛ. j. si đ feu. fue. ꝯtro. i. c. moribus. ꝛ hoc voluit

istā gl.vsqꝫ ad ver.hec dicta ita sunt ⁊c.q̄ bene loquit̄ ⁊ cū ea trāseunt doc.Concorda tamen has opiniones placentinorum ⁊ mediolanensium:vt dixi supra in notabilibus. Et insuper aduerte ad illud quod.s̄.dixit glo.de filia que renunciauit hereditati paterne instrumento dotali vt talis renunciatio ⁊ pactuꝫ nō teneat ⁊c.Quod intelligas verum nisi ipsa renūciatio.⁊ pactum esset roborata per iuramentum quia tunc teneret virtute iuramenti quod est seruandum postq̄ȝ non vergit in dispendium salutis eterne:vt in.c.ij.de pac.li.vi.⁊ in.c.cum contingat.extra de iureiuran. Et iudices etiam seculares compelli debent per censuram ecclesiasticam ad ipsum iuramentum obseruandum:vt in.c.licet.de iureiuran.li.vi.Et etiam ipse iurans quanq̄ȝ sit persona layca poterit cōueniri in foro ecclesiastico[a] ⁊ compelli ad obseruantiam talis iuramenti qꝛ ipsa causa ratione iuramenti spectabit ad foruꝫ ecclesiasticum.vt in.c.cum.c.laycus.de foro compe.li.vi.Nō obstat predictis si diceres ꝙ tale iuramētum non potest validare illud quod est reprobatum a iure ⁊ contra bonos mores:vt in regula non est obligatoriū.de regulis iuris li.vi.cū tale pactum videatur esse huiusmodi.l.pacta que ꝯtra ⁊.l.fi.C.de pac.qꝛ respōdet̄ ꝙ interdum aliquid est prohibitū propter turpitudinē sui sicut occidere hominem vel furtū cōmittere ⁊c. ⁊ tunc iuramentū nihil operat̄ nec firmaret p̄dcā. Ita loquitur dictū capitulū.Sed interdum aliquid est ꝓhibitum ꝓpter priuilegiū vel fauorē ꝑsone ⁊ tunc iuramentū bene validat rem.de qua agit̄ ⁊ est obligatoriū.vt i dicto.c.ij.de pac.li.vi.⁊ infra de pace iura. fir.in.§.itē sacramēta.⁊ ibi dixi.⁊ ita soluit Dy.in dicto.c.nō est.Et circa p̄dicta vide qđ dixi in.c. moribus infra si de feu.fue.cōtro.in prima questione. ¶ Op.cū dicta gl.contra proxime dcā ꝙ nullo modo requirat cōsensus possidentis. vt statim patet in secunda parte huius capituli.So.ea que dicta sunt ꝓcedunt ſm opi.placentinorum.Contrarium vero loquit̄ ſm opi.mediolanēsium qui voluerunt nō esse necessariū consensum possidentis. non tamen inuestitura generabit aliquod p̄iudiciū.l.in ꝯcedendo.ff. de aqua plu.arcē.Nō obstat.l.lutio.ff.de aqua quo.⁊ esti. vbi dicit̄ ꝙ si concessi ius aqueducende ex fonte meo alicui ꝙ possum idem ius ꝯcedere alteri.dūmodo per dictā concessionē nō fiat preiudiciū primo.vt ibi no.⁊ sic potiꝰ cōcordat.Alias esset opus ꝙ primus ꝯsentiret.vt ibi dixit gl.⁊ pꝰ hoc est expedita ista gl.vsqꝫ ad finē.Sed aduertas quia licet ista glo.videat̄ residere in opi.mediolanensium.tu tamen potes saluare vtrāqꝫ opi.diuerso respectu. vt supra dixi vꝫ intelligendo opinionē placentinorū quādo inuestitura fieret pure.Sed opi.mediolanensium ⁊ cremonēsiū quando fieret sub conditiōe vel in diē ꝑ iura supra allegata. ¶ Quero cū glo.fi.que sit ratio quare dn̄s potest inuestire tertiam ꝑsonā de feudo sui vasalli adhuc viuētis dūmodo faciat dictā inuestiturā sub cōditione vel in dieꝫ quādo feudū erit apertū ⁊ vasallus moriatur sine successoribus.Secus quado dictā inuestiturā faciat ⁊ moriat̄ vasallus cū successoribus.cum tn̄ vasallus recipiendo inuestituram pariter ꝓuideat sibi ⁊ successoribus:vt infra de natura suc.feu.c.i.⁊ supra de his qui feu.da.po.in.§.⁊ qꝛ.Et dicit ista glo.respondendo ꝙ nō pōt assignari ratio diuersitatis qm̄ non oium que a maioribus nr̄is ⁊c.l.nō oiuꝫ.ff.de legi. Sꝫ tu subtilius cōsiderando potes assignare rationem talem vꝫ qꝛ cuꝫ vasallus habet successores qui quidem successores intelliguntur in ista materia de descēdentibus:vt supra dixi.nō hꝫ dn̄s ita apertā spē ꝙ feudū ad ipsuꝫ reuertat̄ sicut qn̄do vasallus nullos habet successores:qm̄ p̄sumptio satis euidens est ꝙ ipse dn̄s tanq̄ȝ vna sola ꝑsona citius moriat̄ quā vasallus ⁊ successores sui. ar.in.l.hrdi.ff.ad leg.fal.⁊ qđ no.i.l.is qui.ff.de fideicō.li

ber.Quādo aūt possit p̄iudicari successoribus ⁊ agnatis tangit̄.j.de alie.feu.pater.in.c.i.in prin.vbi videas de quo dixi i.§.hoc quoqꝫ.s̄.de succe. feu. ¶ Vltimo ad materiā presentē vide supra in.d.ti.qui succe.tene.⁊ in pluribus remissionibus ibi adductis in vtroqꝫ iure ⁊ in.c.i.s̄.hic pōt esse ti.qui succes.tene.⁊ in.d.c.moribus.j.si de feu.fue.ꝯtro.vbi plena materia ⁊ in copiosis remissionibus ibi in vtroqꝫ iure descriptis ⁊ ꝙ dixi in.c.si facta in eo.ti.Et vide plures oppositiones ⁊ questiones ad mām quas scripsi in.c.ij.s̄.quo tēpo.miles ⁊c.⁊ in remissionibus ibi adductis ⁊ per Iac.ardizo.in sūma ti.q.feu.amit.sub rubrice l.an dominus inuito vasallo possit ius ꝙ habet ⁊c. Ia.

q **Uidā obli.** Adaptat̄ istud capituluꝫ ad rubricā nostrā hoc modo.quia sicut feuduꝫ nō pōt cōstitui sup pignore mediante pacto legis cōmissorie vt.s̄.in.c.i.Ita quoqꝫ nō pōt constitui sup pignore mediante p̄scriptione nisi dicta prescriptio sit longissima annoꝝ.xxx.in qua ꝯtinue dictū pignus sit possessum tanq̄ȝ feudū sine aliqua interruptione ⁊ hoc declarat̄ in isto capl̄o.Quidā tn̄ asserentes ꝙ istud capl̄m cū capitulo precedenti nō ꝯgruant rubrice nostre posuerunt vnā nouaꝫ rubricam talis forme.vꝫ de vsu mediolanēsiuꝫ ⁊c. sub qua supposuerunt ista duo capitula q̄ rubrica cōiter nō habet̄ neqꝫ ē tenenda:vt dixit glo.prima hic posita:⁊ latiꝰ dixi.s̄.i.c.ꝓximo ⁊c.Diuide istđ capitulū in ꝑtes tres.In p̄ma ponit̄ thema ⁊ q̄stio ac determinatio ipsiꝰ qōnis ꝑ sacramētū vasalli possidētis.⁊ iurare volētis cuꝫ duodeciꝫ sacramētalibꝰ.In scđa ꝑ sacramētū dn̄i si vasallus nō vult iurare.In tertia declarat quid iuris qn̄ neuter ipoꝝ vult iurare.Scđa ibi:si aūt ipe. Tertia ibi:ꝙ si ita.Casus. ¶ Possidēs pignꝰ tanq̄ȝ i feudū pacifice ⁊ ꝗete ꝑ ānos trigita illđ i futuꝝ ꝓ feudo tenebit si iurauerit cū duodeciꝫ sacramētalibꝰ eē feudū ⁊ possessuꝫ ꝯtinue toto dicto tēpore iur̄ feudi si vō iurar̄ noluerit tūc stari dꝫ sacramēto dn̄i iurantis cū duodeciꝫ sacramētalibꝰ i ꝯriū.Neutro aūt volēte iurare tūc dꝫ ipse possidēs inuestiri ꝑ dn̄m.h.d.Premitte q̄ sint testes sacramētales.⁊ qualiter iurare debēt. vt dixi supra de his qui feu.da.po. in.§. hoc quoqꝫ. ¶ In tex.ibi obligauit subaudi pro pignore ⁊ tradidit pro certa quātitate pecunie mutuate. Ibi militi.i.vasallo. vt no.s̄.de feu.sine cul.non amit.in.c.i.qui quidē miles erat ēt vasallus de alia re.idē intelligas etiā si dn̄s pignorasset istā terrā alicui extraneo q̄ non fuisset vasallus qꝛ in hoc non est vis ſm An.de iser.Ibi deinde subaudi mortuo iā domino pignorante ⁊ vasallo mutuante ꝑ id qđ sequit̄.Ibi longū tempus.i.longissimū triginta annorū.vt.j.pꝫ.Ibi filius militis subaudi qui petebat inuestiturā dicti feudi īfra annū ⁊ mēseꝫ[b] si erat miles vel si nō erat vere miles.qꝛ tūc infra annū ⁊ diē.vt supra quo tēpo.miles in.c.i.⁊ ibi dixi.sed filiꝰ militis recusabat velle inuestire dicens ꝙ erat pignus. vasallus vō replicādo allegabat p̄scriptionē ⁊ super hoc vertebat̄ q̄stio.Ibi inuestitionem.i.inuestiturā.vt.s̄.ti.proximo.c.i.in prin.Ibi prudētes.i.doctores seu magistri sicut fuerūt obertus de orto ⁊ girardus cagapisti. vt.j.si de feu.vasal.fue.inter.in.c.i.⁊ sic pꝫ ꝙ ista mā feudalis continet in se sciam.vt dixi.s̄.de his qui feu.da.po.in.§.hoc quoqꝫ i secūdo notabili. Ibi laudauerūt.i.sentētiauerūt[c] hic est ꝙ snia arbitriꝰ appellat̄ laudū.facit.j.de ꝯtro.inter vasal.⁊ epi.in.c.i. Ibi in electione ⁊ hoc ideo est qꝛ hꝫ p̄sumptionē pro se ad monēdū iudicē ad sibi deferēdū.vt.j.de ꝯsue.rec. feu.in.§. sacramētū.Ibi parē suū quidā post ista verba subaudiūt a domino suo post inuestiturā defuncto ⁊c.Sꝫ aliꝗ non subaudiūt:qꝛ habēt dicta vba posita in tex.⁊ melius ⁊ ita cōiter habet̄ ꝓut dixit glosella hic posita. Et aduerte qꝛ ē forma iuramēti.qꝛ filiꝰ vasalli mortui iurare

a ¶ Poterit ꝯueniri i foro ecclesiastico.Add abb.in.c.i.i.iiij.no.de iureiurā.qꝛ iuramētum principalr̄ obliget deo.vt in.c.debitores.de iureiurā.⁊ in.l.iureiurandi.C.de re.credi.

b ¶ Infra annū ⁊ mēsē.add bal.i.c.i.q̄ fuit prima cā bn̄fi.bal.⁊ doc.i.c.i.de capi.q̄ curi.vēdi.doc.i.c.veritatis.de iureiurā.abb.i.c.nihil̄ i.iiij.col.de elec.Cal.cōsi.vij.icipi.an feudatarius teneat̄ i ti.de feu.pe.de anch.ꝯsi.clxxiij.icipi.dn̄s lazarꝰ fuit īuestitus de quodā feudo. Carzaba.ꝯsi.xliiij.icip.circa p̄mū dubiū duo principaliter sunt videnda. abb.ꝯsi.lxxxiij.icip. Cōditoris omniū postulato suffragio.i.ij.col.in.i.vol.idē abb.ꝯsi.iij.incip.nitar i p̄nti.i.ij.vo.Io.de ana.ꝯsi.xxxij.incipi.vltra alia dubia Lud.roma.consi.xxvii.incipi.viso themate mihi proposito. pau.de ca.ꝯsi.clxij.icip.circa id de quo q̄rit̄.barba.ꝯsi.lxxxiiij. icipi.p̄clare.i.iiij. vol.Frācis.de curte ꝯsi.lxxxij. icipi.deus pius iesus christus.

c ¶ Sententia arbitri. Adde doc.i.c.quintaualle.de iureiurā.

rare debet. Ibi ꝯtestatio.i.interruptio p̄scriptionis q̄ fit nō solū p litis cōtestationē.sed etiā per solam ꝯuē tionem factam p executorē.vt in.l.sicut.C.de p̄scrip. xxx.āno.⁊ sensit gl.hic posita i fi. Ibi necesse hꝫ subau di si.vult obtinere.nā bene posset recusare si vellet.vt statim infra sequit̄. Ibi inde.i.de ea re pignori obliga ta. Ibi dꝫ idest necesse hꝫ. ¶ No.ꝙ p p̄scriptionem xxx.annoꝝ quis defendit̄ in feudo.vt si quis rem ali quā possederit tanquā ifeudatā dicto tēpore ꝯtinua to ⁊ seruitiū ꝓ ea tāq̄ꝫ vasallus domino exhibuerit d̄ fendit sibi eam tanq̄ꝫ feudalē.vt h̄ ⁊.j.si d̄ feu.fue.cō tro.in.c.si qs per triginta. In hoc tamē est differētia i qualitate defendēdi ⁊ obtinēdi quoniā si fuit semp possessa tanq̄ꝫ feudalis ⁊ de ea sunt p̄stita s̄uitia tan quā d̄ re feudali. Nec ꝯstet ꝙ vnq̄ꝫ alter titul⁹ p̄cesse rit nisi iure feudi.qꝛ tūc ipse vasallus eā obtinebit abs q̄ꝫ aliquo alio sacramēto.⁊ ita itelligit̄ dictū.c.siqs p xxx. Si v̄o constet ꝙ alter titulus a p̄ncipio p̄cesserit .i.titulus pignoꝝ tūc si vasallus postea recognoscat a domino tanq̄ꝫ feudalem ⁊ eam iure feudi possideat p annos triginta sibi poterit eaꝫ defendere dūmodo iu ret cū.xij.sacramētalib⁹ s̄m ꝯformā hui⁹ capituli. vbi aūt vasallus ꝓbaret aliq̄d de inuestitura sed nō ple ne tunc sola annalis possessio simul iuncta cum dicta presumptione inuestiture ipsum iuuaret mediante suo simplici iuramento.vt.s̄.ti.proximo in.c.fi. in fi.que iu ra ita ad ꝯcordiā reducēda sunt.vt dixi in.d.c. si qs per triginta.in vltimo notabili. Si v̄o vasallus posse disset minus anno: dic vt dicam.j.quid sit inuestitura in.§.si v̄o vasallus. Quantum itaq̄ꝫ ad intelligentiam huius capituli aduertendū ꝙ ratio dubitandi potuit esse qꝛ in rei veritate nō fuit a principio data res i feu dum.sed obligata pro pignore.vnde cum constaret d̄ causa primitiua vera vꝫ pignoris videbatur ꝙ ex tem pore nō deberet posse presumi alter titulus nouus ni si probaretur.l.si certis annis. cum sua materia.C.de pac. Sed ratio decidendi fuit propter seruitia que re cepit dominus a vasallo ipsum longissimo tempore te nendo ⁊ reputando tanq̄ꝫ vasallum nec vnq̄ꝫ per tan tum tempus faciendo mentionem ꝙ esset pignus ex quo magna insurgit presumptio vt intelligatur feudū cōstitutū dato ꝙ nunq̄ꝫ fuerit inuestitus ⁊ hoc sensit glo.hic posita in prin.sui vsq̄ꝫ ad ver.quid ergo ⁊c. ¶ No.ꝙ per receptionem solam seruitioꝝ non indu citur constitutio feudorum nisi prescripta longissimo tempore:vt patet ex predictis q̄ prescriptio debet esse continuata ⁊ nō interrupta.vt probat̄ in hoc tex. Et ex his potest auferri ad questionē ꝙ ius offerendi nō tollat̄ prescriptione longi temporis.l.nec creditores. .C.de pig.act.⁊ in glosella.ij.hic posita. Utruꝫ autem tollatur per prescriptionem longissimi. plene dixi su pra eo.in.c.i.in questione.iiij. ¶ No.ex scd̄a parte hu ius capituli quod quāq̄ꝫ negatiua nō sit de sui natura probabilis.l.actor.C.de proba.tamen per iuramētuꝫ potest explicari.facit.c.fi.supra ti.proximo. ¶ No. ex hoc tex.vbi causa venerit per iuramentū decidēda ⁊ neutra partium velit iurare ꝙ tunc debet decidi causa pro possessore hic ⁊ in dicto.c.fi.supra titulo proximo. ¶ No.ꝙ in re prescripta iure feudi habet locum suc cessio. Et est ratio qꝛ cū prescriptio equiparetur verita ti per no.in.l.i.C.d̄ serui.⁊ aqua.p̄inde debet esse ac si fuisset vera inuestitura in qua etiā si feudum sit nouū succedunt descendentes. vt supra de his qui feu. da. po.in.§.⁊ qꝛ.⁊ ifra de natura succes.feu.i.c.i. ¶ Que ro cū glo.fi.in v̄.quid ergo.quid si iste qui possedit rē pignorataꝫ tanq̄ꝫ feudū ceciderit a possessione an pos sit dictam rem vendicare. Et respondet gl. ꝙ sic attē ta tamen distinctione que ponitur in.l.si quis emptio nis.§.i.C.de prescrip.xxx.annoꝝ. vꝫ ꝙ aut fuerat bo nefidei possessor ⁊ tūc ageret contra omnes preterq̄ꝫ a cōtra dominū. Aut fuerat malefidei [a] ⁊ tūc nullo mo do ageret.sed soluꝫ posset se defendere dū possidet ⁊ hoc voluit ista glo.vsq̄ꝫ ad versi. sed quod dicit̄ ⁊c. q̄ bene loquitur s̄m opi. Jo.ibi positam. Quis autem deberet preferri in vendicando a tertio possessore an ipse vel domin⁹ dic quod ipse qui prescripsit ar.ff.de procur.l.in cause.⁊.ff.si ager vectigal.vl̄ emphi.pe.i .l.i.§.i.s̄m Jaco.de are. Debilis tamen questionibus dic melius ⁊ copiosius.vt scripsi in dicto.c.si quis per xxx.in prima questione. ¶ Op.cum dicta glo.cōtra ea que hic dicunt̄ circa formā iuramentoꝝ quoniam videt̄ iste tex.diuersificare formā iuramenti prestandi a filio vasalli ab eo iuramento qd̄ prestare debet fili⁹ domini. Quod patet qꝛ fili⁹ vasalli iurat patrem suū post inuestituram mortuū ⁊ se tenuisse rem per feudū triginta annis.⁊ ꝙ p dictū tempus nō fuit facta iter ruptio ⁊ sic iurat de homine certo. sed fili⁹ domini so lū iurat vasallū defunctū non fuisse inuestitum de di cta re pignori obligata ⁊ sic iurat de homine incerto. Constat aūt non eē fiendā differentiam iter sacramē ta successorū.vt supra ti.proximo .c.i.in prin. Quare dixit ista glo.ꝙ de hoc iurat̄ nec aliter soluit vsq̄ꝫ ad versi.sed cum non sufficit ⁊c. Sed tu dicas ꝙ imo ista iuramenta eq̄parant̄ ⁊ ꝙ codeꝫ modo ambo iurent. Nam filius militis iurat patrem suū a domino inue stitum nec certificatur aliter dominū. Ita ⁊ eodē mo do filius domini iurat militem defunctū inuestitum non fuisse nec aliter certificat. Et sic a pari ꝓcedunt ista iuramēta. Sed de hoc an ista iuramenta eq̄parā tur in omnibus seu discrepent. vide qd̄ dixi supra ti. ꝓximo in.c.fi.super glo.vi. ¶ Quero cum dicta glo. vtrum sufficiat filiū domini defuncti probare interru ptionem prescriptionis cū preambulo titulo pignoris absq̄ꝫ eo ꝙ iuret. Et respondet glo.ꝙ sic vbi filius va salli solum fundat ius suū in prescriptione nec hoc ne gatur in isto tex. Sed vbi filius vasalli fundat ius suū in inuestitura tūc secus esset.quia talis probatio tunc nihil releuaret probata inuestitura per filium vasalli. vnde cū in tex.nostro iste filius vasalli fundet ius suū solū in ista longissima prescriptione pignoris sufficit probari ipsam interruptionem etiā per simplicē mis sionem executoris.d.l.sicut .C. de p̄scrip. xxx.annoꝝ. Et hoc modo habes expeditā istam glo.vsq̄ꝫ ad finē licet non ita clare loquuta sit. ¶ Op.ab extra de.c.i. in.§.ij.de capi.cora.vbi in materia feudali videt̄ nul lam p̄scriptionē currere. So.vt ibi no.qꝛ non intelligi tur de prescriptione longissima de qua loquit̄ iste tex. vel possumus dicere ꝙ hic nō p̄scribitur ꝯtra ius feu dale:sed potius allegat̄ prescriptio ad fundandū ius feudale. Ibi aūt loquit̄ ꝙ non currit prescriptio cōtra feuda. ¶ Op. ꝙ imo vasallus indistincte teneat̄ re stituere rē domino postq̄ꝫ ꝯstat ꝙ a prin.fuit pignus neq̄ꝫ aliter constat de inuestitura:vt ꝓbat̄.s̄.d̄ cōtro. inuesti.in.§.similiter. So.hoc opatur prescriptio tem poris longissimi que intercessit. Ibi aūt nulla prescri ptio intercessit quo casu procedit contrariū. ⁊ eodem modo potes soluere aliud ꝯtra.de.§.similiter.s̄.de cō ten.inter do.⁊ vasal. ¶ Op.a sufficienti partiū enume ratione.aut enim ꝯstat de p̄scriptione ⁊ ꝙ seruitiū est prestitū pro re ipsa ⁊ tunc si filius domini nihil ꝓbat filius vasalli dꝫ obtinere sine iuramēto.vt in.d.c.si qs per triginta.⁊ no.j.de ꝯsue.rec.feu.c.i.ver.i.aut nō con stat de prescriptione ⁊ seruitio prestito ⁊ tūc nō dꝫ de ferri sibi iuramentū quia p̄sumptio est pro filio domi ni ꝙ vasallus mortuus ⁊ eius filius ex precedēti cā pi gnoris possederit.vt.C.de pig.act.l.si creditor.⁊.l.pi gnus.⁊.l.nec creditores. So.ad primū mēbrū dic ꝙ hic p̄cessit cā pignoris.⁊ ideo iurat etiā si ꝯstat d̄ p̄ scriptione. Ibi aūt nō p̄cessit. Ad scd̄m membrū dic ꝙ h̄ cōstabat d̄ p̄scriptiōe ⁊ s̄uitio p̄stito dubitabat̄ tm̄ an eēt feudū s̄m Ja.de bel. ¶ Op.ꝙ nō possit ꝓ cedere iste tex.cū creditor nō possit p̄scribere pignus.

[a] ¶ Aut fuerat malefidei. Ad d̄ tex.⁊ ibi doc.in regula possessor de regu.iu.li.vi.

.l.nec creditores.C.de pigno.actio.z.l.male agit.C.de pscrip.xxx.anno2.So.intellige q possessio fuit iteruer sa q2 icepit possidere loco feudi illud qd pmo posside bat loco pignoris.l.nō solū.§.qd vulgo.ff.de vsucapio. Et circa hoc vide qd dixi.s.e.in.c.i.sup gl.ij. ¶ De p. de.c.cū nō liceat.extra de pscrip.vbi subditi nō tnent pscriptione ptra debitā reuerentiā z obedientiā pstan dā supiorib9.So.per ea q dixi in.c.licet.si de feu.fue. ptro. ¶ Quero ab extra qdam acqsiuit emphiteosiz a ecclesie9 p pscriptionē.xl.anno2 qd tps est necessariū in ecclesia vt i.c.de quarta.extra de pscrip.z i auc.de eccle.re.i prin.an istud ius extēdat solū in tertiā gene ratione an in infinitū.z determinauit Bal.de facto cō sultus q vsq3 in tertiā generationē dūtaxat.q2 est in formis sicut si a prin.fuisset pcessa simplr ar.i auc.de nō alie.i.§.emphiteosim.facit qd dixi.s.i vltimo nota bili. ¶ Quero qd si dñs liberat vasallū ab omni ser uitio an feudū sit extinctū z dic q nō q2 vasallus vr pmeruisse z nō demeruisse.l.si puenerit.ff.de pac.z.ff. de vsufruc i.l.quot.§.si colono.Nō ob.l.si.ff.de accepti la.q2 ibi psentia vtriusq3 partis hic meritū seu satisfa ctio hoc operat vñ remanet feudū quo ad alia.z ita tenet Bal.in.l.i.ff.de re2 diui.i.q.xvi. ¶ Ultimo ad materiam pñtem adducas alia que dixi.s.de conten. inter do.z vasal.de inuesti.feu.in.§.fir.z .s. de cōtro. inuesti.i.§.similiter.z in remissionibus ibi adductis.z quod dixi.s.e.in.c.i.z per canonistas in.c.significāte. extra de pigno.z vide plura que dixi in.d.c.siquis per triginta.j.si de feu.fue.cōtro.z i copiosis remissionib9 quas ibi in vtroq3 iure descripsi.vbi videas. Iaco.

a ¶ Quidā acq siuit emphiteo sim ecclesie. Ad de doc.i.l.i.z.ij. .C. de iure em phi.z p doc in .c.potuit. de lo ca.

¶ Explicit liber primus. Incipit secundus de feu di cogni. Rubrica.

¶ Hic est liber secundus huius operis seu tractatus vsus feudo2 z durat vsq3 ad ti.j.in quibus cau. feu. amit. Diuisus ē nāq3 tractatus iste i tres libros put dixi.s.in pambulis ipsius tractat9:z in hoc scdo libro nō sunt inserte alique leges impiales:s3 solū iurisperi to2 qui experientiam z doctrinā habuerūt in hac mā feudali. Unde obertus de orto qui tūc erat maximus aduocatus z iuriscōsultus z qui multa viderat in fre quenti descriptione cārū circa istā materiā z sibi sepe cōmittebant huiusmodi cāe feudales vt patet.j.in.c. i.fecit multas decisiones super ista mā vt pbat statiz in.d.c.i.z.j.in prin.libri tertij.idē colligit de gerando cagapisti q snias plurimas ptulit z dubia decidit in hac mā:vt probatur.j.de capi. qui curi.vendi.in.c.ij.z iij.z per totum in pluribus alijs locis.isti nāq3 duo vi ri tanq3 peritissimi in hac scia cōsuetudinū feudalium fuerūt decisores plurimo2 dubio2. insuperq3 scripto res redigēdo eas cōsuetudines in scriptis que erāt in diuersis curijs sparse z nō scripte z defectiue z quas plerūq3 cōtingebat nō apparere vel nō pbari aut dif ficulter probari vt probat.j.si de feu.vasal. fuerit inter pel.in.c.i.z.j.an mutus vel alius imperfectus in.c.i.ve rū postea ipse Obert9 de orto aiaduertens cōi vtilita ti oīum redegit in pñtem librum ipsas psuetudines z vsus prefatos varios z dispsos.Et sic ipse obertus h3 cōez opi.fuit cōpilator z pditor hui9 tractatus z ope ris feudo2 vt late scripsi.s.in pambulis libri in mate ria cārū.His ita prelibatis p itroductione māe nūc venio ad rubricā nostrā que talis ē.Explicit liber pri mus. Incipit secundus de feudi cognitione zc.Et hec est vera rubrica z ea cōmuniter vtimur licet aliqui nō habeāt eā ita plenā.vt voluit glosella hic posita.Quā rubricā cōtinuare debes ad proxime pcedētia hoc or dine quoniā.s.in ti.pximo in.c.ij. visuz est qualiter in hac mā feudali sint interdū varie opiniones z psuetu dines.Iccirco sumpta inde occasiōe subiūgit hic ista rubrica de feudi cognitione.In qua declarare intēdit totā istā materiā quomō z qualiter z quo iure vl cō suetudine cāe feudales debeāt cognosci z terminari si dicta iura leges aut psuetudies repiāt varie z diuerse.

Bertus.

Ista est quedā epi stola missa p ober tū de orto anselino filio suo in qua ma gistraliter intendit ostendere quo iure cause feudales debeant cognosci z ter minari.Et diuidit in quattuor partes. In prima ponitur salutatio.In scda exordiēdo z nar rando ostendit in vniuersali quo iur oēs cause decidā tur.In tertia ostēdit in spāli de causis feudalibus.In quarta pcludit.Scda ibi.causa2.Tertia ibi. vsus tñ. Quarta.ibi strenu9 aūt.Casus.Omnis causa in gene rali regulariter determinat aut iure romano aut lom bardo aut psuetudine loci.Sed causa feudalis in spā li determinat bm consuetudinē loci si sub illa consuetu dine causa ipsa cōprehendit.Alias determinabit bm legē scriptā q ibi viget z seruat.hoc dicit. ¶ In tex. ibi de orto.Nō itelligas q loquatur de loco originis. Sed potius ponat nomē agnationis sue sicut esset di cere Jacobus de aluarotis:quoniā iste obert9 fuit de mediolano.vt probat.j.que fuit pma causa bene. ami. in prin.coniuncto dicto .c. i.circa medium .j. si de feu. vasal.fue.inter. Ibi iure romano.i. legibus cōibus ro mano que sunt generales omnibus z constant ex iure scripto.l.ius ciuile.ff.de iusti.z iure.z.l.leges .C.de legi bus z in fi.huius capituli.Ibi lombardorū que simi liter constat ex iure scripto vt in lombar.i ti.quali.ho. diuersarum legū suas causas diffinire debeant in.l.i.z in ti.vt ro.po.interrogetur qua lege vti velit.l.i.vnus quisq3 eniz populus habet suas leges z obseruātias. l.oēs populi. ff.de iusti.z iure.Ibi regni.i. loci in quo causa ventilat z forte habuit respectū ad italiā q ap pellatur regnum z imperator appellat se regez roma norū: vt probatur .lxiij.di.tibi domino.z dixi.j. de no ua for.fi.in.c.i.In quo quidē regno sunt diuerse z va rie psuetudines:vt sequitur.Et ideo de facili non pos sunt scribi sicut dicimus de mora in.l.mora.ff.de vsur. Ibi consuetudinem idē importat consuetudo vsus z mos vt infra statim sequitur.z probat in.l.de quibus ff.de legibus.Quod intelligas verū quantū ad effe ctum: sed quantū ad subtilitatē z diffinitionem earū differunt vt dixi in preambulis huius operis in prin. z pbatur statim in fi.huius capituli.vbi videt ea pōe re tanq3 diuersa.Et aduerte q2 isti mores seu psuetu dines constant ex iure nō scripto.l.sed ea.cuz.l. seque. ff.de legi.z dicta.l.omnes populi. Nam ius ciuile no strum distributū est in duas partes.s.ius scriptū z nō scriptum.insti.de iure naturali.§.ex non scripto. Ibi li bello.i.hac breui epistola.l.i.in prin.ff.de tabu.exhi.fa cit.C.quādo libellus pri.da.in rubro z nigro. Est eniz diminutiuū libri sicut codicillus est diminutiuum co dicis:vt no.super rubrica.C.de codicil.Codex nāq3 p libro capitur in generali.vt no.in auc.de trie. z semis. in prin. coll.iij. Quis enim vt ait valerius maximus in prin.omnis eui.gesta modico voluminum numero comprehenderit.Ibi vsus. Idem importat in effectu quod consuetudo vt supra dixi potest etiam aliter bm subiectaz materiam.vt no.glo.in.l.i.ff.de vsu. z habi. Ibi in nostris partibus.s.mediolani vt infra que fuit prima causa in prin.Ibi illud.s.iudicium feudale. Ibi legibus nostris.s.romanis per id quod sequitur .Ibi aut expone pro idest q2 idem importāt in effectu vt su pra dixi:z ita exposuit glo.in.l.ij.C.que sit longa con sue.posset etiam stare proprie q2 in sua diffinitione nō conueniunt.sed sunt diuersa vt.s.dixi. Ibi strenuus. i. cautum bm papiā.Ibi lege scripta.s.romana vel lom barda prout z secundum quod in illo loco viuitur zc. ¶ No.z primo hunc obertum fuisse vsum in hac sua epistola more boni rethorici interserendo salutationē exordium

exordium narrationem et conclusionem: prout alibi facit ifra in quibus causis feu.amit.in.c.i.in prin. Quid autem debeat continere epistola: vide per Bar.in prohemio digestorum super rubrica ad finem. et per Jo.an. et canonistas in prohemio sexti libri. ¶ No. quod eos qui viuunt iure romano causa deciditur ius commune. Sed inter eos qui viuunt iure romano causa decidi tur secundum ius commune. sed inter eos qui viuunt secundum ius loci debet iudicari causa et decidi secundum consuetudinem illius loci et non tantum in iudicijs vt hic et i.l.i.C. de emancipi.libe. et .C. que sit longa consue.in.l.i.sed etiam in contractibus ordinandis: vt in.l.si fundus.ff. de evi. Et etiam in testamentis vt i.l.fi.C. de testa. de quo plene per bar. et bal.in.l.i.C.de summa tri. et fide catho. ¶ No. quod ille cui committitur decisio cause simpliciter debet iudicare secundum illa iura prout committens iudicaturus fuisset. de quo vide plene per docto.i dicta.l.i. ¶ No. quod consuetudo in feudis vincit legem scriptam et non tantum ciuilem. vt hic in fine et in gl.prima hic posita in prin.sui. Uerum posset vincere etiam canonicam et de sacramentis loquentem. vt i.c.i.extra de cogna.spiri. ¶ No. quod iudicium feudale non semper regulatur secundum regulas iuris communis quinimmo interdum contrariatur vt hic et in.c.i.ij. qui testes sint necessarij ad proban.no.inuesti.adeo quod in illo loco vincit legem communem.vt no. i.l.ij.C.que sit lon. consue. ¶ No. quod in materia feudali non est argumentis legalibus iudicandum neque ad argumenta conuolandum stante consuetudine expressa aut simili vel.l.scripta alias secus.vt voluit gl.ij.hic posita et statim sup ea dicam. ¶ Sed p.cum gl.i.hic dicitur quod consuetudo vincit legem: sed contra de.l.ij. .C.que sit lon.consue.vbi expresse dicitur contrarium. So.hic loquimur de consuetudine equa et rationabili. Ibi autem loquitur de iniqua quoniam male consuetudines[a] non valent neque tempore confirmantur etiam longo: vt in auc.vt nulli iudi.i.§. nulli vero et in decre.di.viij.c.mala consuetudo cum similibus. Et hoc voluit ista glo.vsque ad finem que bene loquitur: verum quia duas conclusiones nobis prestat quarum prima est quod male consuetudines non sunt seruande. Secunda est quod consuetudo non potest prescribi longo tempore, ideo circa vtramque istarum conclusionum extendendo materiam aperiamus veritatem. Et primo circa primam videamus quando sit mala consuetudo et qualiter cognoscatur: et dic quod ex pluribus videlicet et primo quando est expresse prohibita per legem.vt.C.de fur.auc.nauigia et.C.communia de succes. auc.omnes peregrini que originaliter habent.j.de sta. et consuetu.contra liber.eccle. et.C.ne filius pro patre auc.habita. et.C.de vsuris.l.eos.item quando obuiat iuri naturali.vt.viij.di.c.i. et.ij. et per totam distin. et extra de consue.c.fi. et insti.de iure naturali.§.sed naturalia.item vbicunque est contra vtilitatem publicam arg.C.si contra ius vel vtili.publi.l.fi.coniuncta.l.i.§.fi.ff. de aqua plu.arcen.item quando absorbet ius fiscale arg.C. de precibus impa.offeren.l.nec dannosa.item quando ex tali consuetudine quis inuitaretur ad delinquendum arg.ff. de pac.dota.l.conuenire et de pac. in.l.si vnus §.illud iuncta.l.de quibus in fi.ff.de legi.item quando venderetur sacrum vel sacramenta ecclesie ex de simonia.c.non satis et.c.sicut et.C.de epi. et cle.l.si quenquam et.ff.ad.l.iul.ambi.l.i.item vbi ex tali consuetudine inducerentur exactiones contra subiectos: vt in.d.§.nulli.et allegato.item vbi esset contra libertatem ecclesiarum vt extra de consti.c.ecclesia. et .C.de sacrosan.eccle.auc.cassa. Et tales consuetudines inducentes predicta censentur nedum male: vt hic in glo.sed etiam potius inducantur corruptele: vt in dicto.c. mala. et extra de consue.in.c.fi. Sed consuetudines feudales sunt bone et honeste: quia precipiunt honeste viuere quod est preceptum iuris.l.iustitia.§.i.ff.de iusti. et iure. et habent rationem in se: vt supra de contien.inter do. et vasal.c.i.i fi.de mili.vasallo qui contu.est.c.i.in fi.j.in quibus cau. feu. amit.in.§.i.j.que fuit prima causa bene.amit.in.§.sed quia cum si. Non tamen per omnia exigitur in his consuetudinibus quod habeant omnimoda rationem: sed satis est quod sint tolerabiles et approbate per vsum put in simili dicimus in statutis que minuunt legitimam filiorum vel que disponunt quod filia non succedat extantibus masculis que tollerantur licet prima facie non videantur per omnia rationabilia secundum Bal. ideo tales consuetudines feudales obseruande sunt.vt.d.l.de quibus in prin.cum ibi no. et derogant iuri communi disponenti contrarium.vt in hoc tex.facit quod no.i.d.l.ij.que sit longa consue. et in.d.l.de quibus in fi.vnde ergo teneas et conclude quod consuetudines i hoc libro feudorum approbate tanquam generales et approbate debent seruari. Et quamquam iste videatur inferre quod consuetudo huius capituli sit localis dum dixit in partibus nostris etc.attamen teneas pro firmo quod sit generalis quia ita est approbata per omnes et glosata.neque continet iniquitatem et per omnes pro generali consuetudine reputanda. Quedam tamen sunt recitate sed non approbate.vt.j.de filijs na.ex ma.ad mo.contracto in.c.i. et in talibus bene fateor quod sunt locales neque extenditur eorum virtus ad alia loca: vt ibi dixi et quia continent iniquitatem.vnde non debet extendi.l.quod non ratione. ff.de legibus. Sed quia in hac materia multa videntur esse iura varia et diuersa.videlicet an consuetudo vincat legem[b] vel econtra. Idcirco capiendo omnia membra sic dicas. Quia interdum consuetudo est secundum legem. Interdum preter legem. Interdum contra legem. Primo casu dic quod aut lex est dubia aut certa.si est dubia tunc consuetudo interpretatur eam.l.si de interpretatione.ff.de leg. Si vero est certa et tunc consuetudo confirmat eam.l.nam imperator.ff.de legibus. Secundo casu quando consuetudo est preter legem et tunc dic quod imitatur legem in eo.quia sicut lex facit ius in casu a se expressorita etiam consuetudo in casu a se expresso vt in.l.iij.C.de edifi.priua. Tertio casu quando consuetudo est contra legem et tunc dic quod aut est contra legem diuinam aut naturalem aut ciuilem. Primo casu non potest in totum tollere.sed bene potest distinguere vt patet in testamentis et contractibus.vt no.gl.in.l.i.in fi. ff.de consti.prin. et in.l.fi.C.si contra ius vel vtili.pub. Secundo casu quando est contra ius naturale et tunc dic quod non potest in totum abrogare.vt insti.de iure natu.gen. et ci.i.§.sed naturalia. Sed bene potest in aliquo derogare vt no.in.l.ius ciuile et in.l.manumissiones et in.l.penul.ff.de iusti. et iure facit.l.derogatur.ff.de verborum.sig. Tertio casu quando consuetudo est contra ius ciuile et tunc aut per illud est expresse improbata et non valet consuetudo nec facit ius.imo ipsa tollitur vt in.d.l.eos.C.de vsuris et i auc.cassa i auc. nauigia et i auc.omnes peregrini supra allegatis. Si vero lex ciuilis non improbat consuetudinem contrariam sibi et tunc dic quod aut consuetudo precedit legem aut eam sequitur. Primo casu non facit ius nec potest tollere legem sequentem.vt i.l.iij. §.diuus.ff.de sepul.viola.sed ipsa consuetudo vincitur ab ea lege vt ibi et in.c.i.extra de consti.li.vi. Secundo casu quando sequitur legem et tunc aut est inducta per errorem absque aliqua ratione aut ex certa scientia et cum ratione. Primo casu dic idem.s.quod non tollit legem dicta.l.quod si rone.ff. de legibus. Secundo casu quando est inducta cum ratione et tunc dic quod si consuetudo generaliter se habet et tunc generaliter tollit legem: vt in hoc tex. et i tota ista materia feudorum. Quando autem consuetudo intelligatur rationabilis et quando non vide quod no.in dicto.c.i.de consti. et quod supra dixi. Si vero specialiter se habet et tunc specialiter tantum tollit legem i illo loco dicta.l.ij.C.que sit longa consue. Et nunc habes istam materiam satis clare explicatam que diffuse tractatur per Jo.an.in.c.fi.extra de consue. et per Archi.xi.di.consuetudinis per Cy. et doc. nostros in dicta.l.ij.que sit longa consue.per gl. Bar. et Bal.in dicta.l.de quibus. ¶ Uenio nunc ad secundum principale quod presupponit ista gl. videlicet ad aliam conclusionem que erat quod male consuetudines non prescribuntur longo tempore etc. Sed dubitari posset an prescribantur tempore longissimo et in hoc me non extendo.quia esset vagari extra propriam materiam feudorum.si qua tale dubium non cadit semper iste consuetudines feudales fuerint obseruate et faciant ius vnde minime sunt mutanda etc.l.minime. Ja.alua.sup feu.

a ¶ Male consuetudines. adde.c.cum decore.de vi. et ho.cle. Cardi.zaba.in.c.ex parte in.viij.no.de consue. et an consuetudo possit prescribi. vide per abba.in.c.i.in.i.col.de consue.car.zaba.in.c.fi. eo.ti.doc.in.c.cum ecclesia.de ca.pos.doc.in.c.cum ista de consue.li.vi.doc.in.c.cum de bnfi.cio. de pbe.eo.lib.

b ¶ An consuetudo vincat legem. adde.l.de quibus ff.de legi.l.ij.C. que sit longa consuetudo.c.fi.de consue.cardi.zaba.in.c.i.in primo no.de sponsa.

nime.ff.de legibus.⁊ dixi supra in preambulis istius operis. Sed de hac questione te remitto ad not. per glo.⁊ doc.in.l.domini prediorū.C.de agri.⁊ censi.lib.xi.⁊ supra rubrica.C.que sit lon.consue.⁊ i dicta.l.ij.⁊ in.l.de quibus ⁊ dicto.c.fi. de consue.⁊ in dicto.c.i.de consti.li.vi.Quid aūt si consuetudo prescripta tollat per legē supuenientē an possit iterato prescribi.dic ꝙ aut ista consuetudo cōtinebat olim ius cōe ⁊ tūc pōt prescribi tāq̄ ius municipale.Aut cōtinebat ius municipale ⁊ tūc secꝰ vt.ff. de sepul.viola.l.iij.§.diuus ⁊.l.fi.C.de testa.Et ratio diuersitatis est q: i primo casu erat potiꝰ obseruantia iuris cōmunis tūc vigentis quam mera consuetudo.vt no.in.d.c.i.de consti.⁊ ita dicit Bal.in.c.i.in prin.infra de capi.cora.¶Op.cū glo.ij.contra ea que hic dicūtur in fi.⁊ quod supra dixi in vltimo notabili vz ꝙ in materia feudali nō sit argumētis iudicandū.Sed cōtra de.l.nō omnes i.§.a barbaris.ff.de re mili. So.ibi loquit̄ i legibꝰ cōibus in quibus cause possunt decidi p argumēta.hic v̄o loquitur in cōsuetudinibus feudalibus in qbus non est credēdū argumētis.Sed bn̄ potest ꝓcedi ō similibꝰ ad similia sicut potest ꝓcedi in.ll.l.non possunt.ff.de legi.⁊ extra de prochijs in.c.sup eo.cū ibi no. vbi aūt nō repiret simile.tūc recurrēdū est ad legē scriptā.vt hic in fi.⁊ sic argumēta erūt supuacua:q: illud quod disponet lex erit seruādū postq̄ ex ꝯsuetudine nō pōt cā diffiniri.q: alias secus cū lex nō posset derogare cōsuetudini sicut nec pōt obuiare ōcretis.vt probatur.x.di.c.lege.lz ista glo.aliter allegauerit ⁊ nō bene que ꝑ hoc est expedita vsq; ad fi.¶Ex qua gl.no.ꝙ in materia consuetudinis feudoꝝ deficiente expressa ⁊ propria ꝯsuetudine pōt argui p sil'ez ꝯsuetudinē. qō itelligas solū i materia ꝯsuetudinis feudoꝝ. Nō aūt extēdas ꝙ i alia materia possz trahi ⁊ argui p argumēta sil'itudinis feudoꝝ ꝫm Bal.Et ē rō q: illa sūt similia quoꝝ q̄litas est vna ar.eorum que no.in.l.de qbus.ff de legi.facit.l.ideo q: in eo.ti. Item q: materia feudalis ē stricti iuris qō patet.q: actio q̄ parit ūnumerat̄ in.§.actionū insti.de acti.ꝫm Bal. Sed econuerso si cause feudales nō sunt decise p exp̄ssaz consuetudinē neq; p legem scriptam.tūc bn̄ posset argui ⁊ decidi cā p argumēta iuris ciuilis ar.eorū que no.in.l.ie.§.cū patronus.ff.de offi.pre.vr.⁊ in.l.i.§.penul.ff.de.aqua coti.⁊ esti.nec mirū.q: i iure nostro cā potest argumētis decidi.l.q filiū.§.sabinus.ff.ad trebel.cū ibi no.in glo.Ex qbꝰ omnibꝰ concludo ꝫm Jaco.de bel.q̄rū ad propositam nostram materiā ꝙ i matria feudali.Primo attēdenda ē ꝯsuetudo si extat.Scd̄o ꝓcedetur de similibus ad similia in materia cōsuetudinis.vt.s.de feu.mar.c.ij.⁊.j.an mutꝰ vel alſꝰ imperfectus.c.i.⁊.C.q̄ sit longa ꝯsue.l.i.⁊.d.l. de qbus.Tertio recurrendū est ad legem scriptā si extat.vt hic i fi. Quarto si nō extat.tūc est recurrendū ad argumenta legū que valida sunt iure romano.vt in. d.§.a barbaris ō re mili.ff.ō qōnibꝰ.l.i.§.itez cornelio. ⁊ ad treb.l.q filium.§.fi.⁊ ita ēt cōcludit Ja.ardi.in sūma.vtrū aūt ex ꝯsuetudinibus feudalibꝰ possint sūmi argumēta ad cās feudales q̄ non sint coherentes rei de qua agit̄ ⁊ sic quodāmodo nō multū faciētia ad factū:qōnis.Et dicit An.de iser.ꝙ nō.vnde dicit Ja.de bel.ꝙ si in eadē cā producant̄ argumēta ex consuetudinibꝰ feudalibus ⁊ argumēta ex legibꝰ qō iudex ex dictis argumētis que rei aptiora ⁊ vero proximiora esse compierit sui animi motum informabit ar.ff. de testibus.l.ob carmen.§.fi.⁊.C.de proba.l.fi.de edicto di. adri.tol.in fi.¶Op. ab extra ꝙ immo ista iura feudalia postq̄ sunt scripta non debeant appellari consuetudines q: quotiēscūq; cōsuetudo trāsit ad legē scriptam perdit nomē ꝯsuetudinis ⁊ appellat̄ lex.vt insti.de iure naturali gen.⁊ ci.i.§.cōstar.So.dic vt copiose scripsi.s.de his q feu.da.po.super rubrica. ¶Ultimo de materia p̄siti.vide p doc.C.q̄ sit lon.ꝯsue.super rubrica.⁊ in.l.ij.vnde istud capitulū habuit ortū.⁊ in.d.l.ō qbus.ff.de legibꝰ.⁊ in.l.i.C.ō mācipa.libe.⁊ in.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iure.⁊ in.l.i.de sūma trini.p canonistas in.d.c.fi.de ꝯsue.⁊ in.d.c.i.de cōsti.li.vi.⁊.xi.di.ꝯsuetudinis.⁊ per Ja. ardi. in sūma sub suo prologo dicte sūme.facit qō tangit̄ de pace constan.in.§.si qua ꝯtrouersia.⁊ p Host.i sūma in ti.de feu.§. fi.i fi.Jaco.

Sciendū est. Adaptat̄ istud capitulum cum precedēti ⁊ cōsequenter ad rubricā nostrā hoc modo q: supra declarauit ō cognitiōe feudoꝝ respectu cārum feudaliū hoc est qualiter in iudicijs.⁊ ꝫm q̄ iura ⁊ consuetudines ipse cāe feudales cognoscant̄ ⁊ finiant̄ q̄m si extat ꝯsuetudo illā attēdimus que vincit legē.Nūc v̄o declarare intēdit q̄liter ipsa feuda ex dicta cōsuetudine feudoꝝ cognoscant̄ ꝙ sint feuda ex qualitatibus exterioribus quoniam nō possunt cōsistere nisi i rebus imobilibus vel que conprehēdunt̄ noie imobiliū.itē nō possunt acqri nisi per inuestiturā aut successione ꝑut hic disponit̄.Et ꝙ ista adaptatio seu ꝯtinuatio sit bōa.patet ex dictiōe itaq; posita hic in prin.huius capituli que habet iferre ex p̄cedētibus.s.itaq;.ff.de ꝓcur.⁊ qō tradit̄ in.l.i.C.ō seruis fugi.¶Et diuide in duas ptes. In prima declarat̄ in qbus rebus consistat feudū.In scd̄a qualiter acgratur.secūda ibi ac feudū.Casus.Feudū nō consistit nisi in rebus imobilibus aut solo coherentibus aut in his que inter imobilia cōputant̄ nec acquirit̄ nisi per inuestiturā vel successionem.h.d. ¶Et p̄mitte qd sit feudū camere vel caneue:vt dixi.s.i p̄ambulis libri in diuisione.xvij.feudoꝝ.¶In tex.ibi siue bn̄ficiū idem important i ista materia:vt.j.in qui.cau.feu. amit.i.§.fi.Ibi soli.i.terre ⁊ sic in rebus imobilibus.l.solū.ff.ō rei vendi. Ibi coherentibꝰ. vt sūt fructꝰ pendentes q intelligunt̄ esse pars fūdi.l.fructus.ff.de rei vendi.⁊ ita exponit glo. hic posita vel dic. vt sūt edificia que solo coherēt.vt insti.ō reꝝ diui.in.§.cū in suo.⁊.ff.ō superfi. in.l.i.Sunt ⁊ plura alia que coherere intelligun tur que numerant̄ in.l.iulianus.in fi.cū.l.seq.ff.de act.empti.⁊ in.l.iij.§.ptinet.ff.de vi ⁊ vi arma. cū ibi no. Ibi inter imobilia sicut sunt certi annui redditꝰ exsoluendi de camera vel ō caneua domini. vt sequit̄ i tex. vel ꝫm glo.expone sicut sunt quidam panes ciuiles ō qbus in.l.fi.in.§.preterea.ff.de iure do. ⁊ sūt qdā redditꝰ exsoluendi de publico. vel de aliqua gabella vel regali dignitate de qbus.j.in ti.q̄ sunt regalie vel ō priuato patrimonio alicuius.vt sensit tex.⁊ glo. in.l.iubemus nulli.C.ō sacrosan.eccle.vbi ponūtur plura similia vbi videas.Ibi camera i q̄ pecunia.⁊ thesaurus tenetur ⁊ colligit̄ sicut est hic padue locꝰ q appellat̄ camera ad quam deputatus est officialis qui appellat̄ camerarius cuiꝰ officiū est colligere ⁊ distribuere oēs introitꝰ ciuitatis.ad qō facit qō no. in auc.ō defenso.ciui.in.§.preterea vero.coll.iij.Ibi de caneua locus est in quo frumentum vinum ⁊ huiusmodi introitus colligūtur cōseruant̄ ⁊ distribuunt̄ ⁊ possumus dare exēplū in ecclesia cathedrali huius ciuitatis in qua est locus q appellat̄ canipa ad quam ꝯstitutꝰ ē officialis q appellat̄ caniparius q hz conseruare colligere ac distribuere tales introitꝰ. Ibi feudū datur.i.redditus annales in pecunia vel vino vel frumēto vel pane vel in similibꝰ consistētes.Ibi successione.s.ab intestato non aūt ex testamēto.vt supra de succes.feu.in prin.¶No.ꝙ feudū non potest constare nisi in rebꝰ imobilibꝰ ⁊ eis coherentibus vel que imobiliū noie cōprehendunt̄ non aūt in rebus mobilibꝰ. Et est ratio q: mobilia consumunt̄ per vsū.Unde proprietas rei feudalis que semꝑ dz remanere apud dn̄m.vt infra de inuesti.de re.alie.fac.in.§.quāuis extingueret̄ per vsum.vt insti. de vsufruc.in.§.constituit̄.Et sic cū proprietas deduceretur ad

tur ad nihilū non potest cadere feudū ſm regulas ⁊ consuetudines feudales. Et ſi tu diceres vasallus ipſā rem cōſeruabit tenendo ipſaʒ ī archa ⁊ nō vtēdo tūc fieret contra aliā regulam q̄ eſſet feudū inutile vasal lo cū nō haberet vſumfructū neqʒ cōmoditatē aliquā qđ eſſet cōtra naturam feudi. vt in dicto.§.ſi.ſ.in qb⁹ ca.feu.amit.⁊ ð his ſatis dixi.infra ſi de feu.va.fue.i ter.in.c.i.in prima qōne. Quid aūt in iure emphiteoti co an cōſtat ſolū in reb⁹ imobilibus dic per glo.inſti. locati in.§.adeo ⁊ p cardinalem in.c.ſi.de loca.q.vij.⁊ ibi etiam in gl. ¶ No.feudū poſſe ꝯſtitui in redditu certo cameř vř caneue.ſʒ i h̄ tali feudo aiaduertēdū ē q̄ nō ſit talis ſolutio ipſi vasallo ð tali camera vř ca neua niſi ibi ſit vñ ſolui poſſit cū ſi euacuata ſit ſine culpa dñi ꝓmiſſoris expectandū erit donec ſoluī poſ ſit. Solui aūt poſſe intelligitur deducto ere alieno vt infra de notis feu.in prin. Et in tali feudo preſumitur in dubio pro vasallo vbi bis vel ter ſibi facta eſt ſolu tio.vt infra ti.ſequen.in.§.ſi vero vasallus.ar.C. de ſi deicō.in.l.i.⁊ de apo.pu.i.l.penul. Et hoc feudū finiř morte dantis ⁊ accipiētis:vt ar.ifra qs dicit dux co. vel mar.c.i.§.ſi. Sicut in vſufructuario p cuius mortē expirat vſuſfructus:vt in.l.corruptionē.C. de vſufruc. ⁊ tenet expſſe Ja.ardiʒ.ſub rubricella que res poſſunt dari in feudū in.§.ij.vbi etiam dicit ꝙ ſi vasallus mo riař qđ eius heres debet habere fructus eiuſdem feu di totius anni quem ipſe vasallus mortu⁹ iam ingreſ ſus erat.ar.ff.de annuis leg.in.l.quint⁹.§. in ſingulos. ⁊.l.gaius in ſi.⁊ inſti.manda.in.§.item ſi adhuc.licet ī alijs feudis fruct⁹ aliter diſtribuař vt habeř ifra hic finiř lex in.§.ſi vasall⁹. ¶ No. ꝙ feu.acqriř altero de duob⁹ modis.ſ. aut per inueſtituram. aut per ſucceſ ſionem.vt hic in ſi. Et ſubaudias vel alijs modis ha bilib⁹ ad acquirēdū ſicut p pſcriptionē vel per culpaʒ alterius vasalli agnati poſſidentis de quibus late dixi ſupra qui.mo.feu.cōſtitui poteſt in.c.i.in prima oppo ſi.vbi videas. ¶ Quero cum glo. ij.in verſi. ſed nun

a quid.⁊c. An nomina debitorum[a] cōputentur inter im mobilia ⁊ non reſpōdet.ſed nobis relinquit inueſtigā duʒ. Quare tu aduertas ꝙ in determinatione huius queſtionis repiunř glo.variaſſe. Nam in.l.mouentiū. ff.de verb.ſignifi.videř tenere ꝙ ſint imobilia.hoc idē expreſſius tenet glo. in.l.ſi.C.in qui.cauſis in integrū reſti.nō eſt neceſ.in glo.penult. Alia glo.in.auc.de non alie.§.i.diſtinguit aut debitor eſt obligat⁹ ad rē mo bileʒ:⁊ tūc cōtineanř appellatione mobiliū. Aut ad imobilem:⁊ tūc contineanř appellatione imobilium que glo.ſolet allegari pro ſingulari. Sed tu pro cōcor dia iſtarum glo.dicas ſic:quoniam interdū conſidera mus ipſum ius obligationis quo debitor teneř.⁊ tūc habeat locum prima opinio q̄ tāgitur in dicta.l.mo uentiū.⁊.l.ſi.vʒ ꝙ cenſeantur imobilia. Et eſt ratio q̄ illud ius eſt imobile ꝙ nō poteſt moueri neqʒ tangi. l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acqui.rerum do. ⁊ no.in dicta.l.mouētiū. Interdū conſideramus effectuʒ qui ꝓcedit ex ipſa obligatione hoc eſt quantū ad reʒ que deuenit in obligationem.⁊ tūc hʒ locum alia glo.que diſtinguit notabiliter res mobiles ab imobilib⁹ in di cto.§.i.de nō alie. Et eſt ratio q̄ q actionem habet rem ipſam habere videtur.l.actionē.ff.de regu.iu. In terdū loquimur de corpore inſtrumenti:vt eſt charta in qua ſcripta eſt obligatio.⁊ tūc cenſeř mobile.vt iſti. de reb⁹ corpo.in prin. Et de hac materia hř per doc. in.l.ſi conuenerit.ff.de pigno.act.⁊ i.d.l.iubem⁹.C.de ſacroſan.eccle.⁊.ff.de aucto.tu.in.l.poteſt.p Cy.i.l.ſi certis annis.C.de pactis.⁊ in.l.ſciēdū.q ſatiſda.cog. per canoniſtas in.c.puenit.extra de cenſi. Et ex predi ctis ego infero ꝙ in talib⁹ nominib⁹ debitoꝝ q̄ cen ſeňř imobilia ꝙ poſſit feudū ꝯſtitui vt in hoc exēplo vʒ vt vasallus pcipiat omni anno.x.ex talib⁹ nomini b⁹ arg.ff.de lega.ij.in.l.gaius.ſm And.de iſer.qđ in telligas verū ſi talia nomina perpetuo obligata ſint vt q̄ debitor ita ſe obligauit vel fuit heres ei⁹ q mihi ſic legauit.vt in hoc exēplo teſtator grauauit heredē vt omni anno daret mihi decē.potero ex iſtis decē cō ſtituere feudū titio i quinqʒ ſibi dādis omni anno.ar. huius littere que vult ꝙ de camera vel de caneua.i.ð redditu camere vel caneue poſſit feudū cōſtitui.ſecus ſi non debeanř mihi ꝑpetuo. q̄ tūc feudū non poterit de iure cōſtitui.q̄ ſunt peruentura ad ꝯſumptionē tā q̄ bona mobilia.vt.ſ.dixi. facit qđ habeř.ſ.qs dicit dux.co.vel mar.circa finem. ¶ Quero cum glo.iij.an feudū camere vel caneue poſſit conſiſtere in rebus ſo li vel ſolo coherentib⁹.⁊ reſpondet glo. ꝙ ſic ar.i.l.i. §.iij.ff.vnde vi. Exempli cā ſi camera hʒ aliqueʒ fun dū vel domū ex qbus recipiebat fructus ⁊ introitum ſi dñs dat in feudū iſtū fundū vel domū: vasallo vt oī anno in vita ſua debeat ipſe hře ⁊ percipere vſufru ctum de tali fundo vel domo. Certe tale feudū intel ligiř eſſe feudū camere vel caneue licet non fiat ſolutio per camerā vel caneuam.ſed recipiř p vasallū vſuſfru ctus ex rebus ipſius camere vel caneue.⁊ ſic tale feu dū conſiſtit in reb⁹ imobilibus vel coherentib⁹. ſed qñ principaliter vasallus reciperet ſuū feudū. hoc eſt ſuū ꝯmodū ⁊ vtilitatē feudi a camera vř caneua ime diate:vt q̄ camerari⁹ vel caniparius ſoluebat ſibi oī anno.x.vř tm̄ frumētū ex introitu camere vel caneue. nec apparet ꝙ magis ſoluebat de vna re quā de alia tūc tale feudū non intelligiř ꝯſiſtere in ſolo neqʒ in co herētib⁹ ſolo.ſed intelligiř ꝯſiſtere inter ea que com putanř inter imobilia. Et hoc eſt qđ voluit diceř iſta littera in ver.veluti ⁊c. Qui qdem verſiculus eſt.exem plū alteri⁹ verſiculi precedentis q incipit aut in his ⁊c. Et debemus legere hoc modo vʒ veluti feudū qđ eſt infra.⁊ proſequere cū de camera ſeu ð caneua da tur. Et expone.i.ſoluiř per ipſum camerariū vel cane uariū.nā ſi huic vasallo nō ſolueret principaliter ð ca mera.ſed ipſemet colligeret vſūfructum ex rebus ca mere tūc tale feudū cōſiſteret in reb⁹ immobilib⁹ pro prie.vt.ſ.dixi ⁊ hoc ē ꝙ voluit dicere iſta gl.q̄ obſcu re locuta eſt. ¶ No p.cū glo. iiij.ꝙ imo feudū acqrař etiam ſine inueſtitura.vt ꝓbař.ſ.de cōſue.rec.feu.in.c. i.in pn. So.ibi licet nō interceſſerit inueſtitura expreſ ſa tm̄ interceſſit talis actus q repreſentat inueſtiturā: vt puta q̄ dñs preſente ſua curia mādat vasallo ire in poſſeſſiōem talis feudi quo caſu licet iueſtiturā nō ali ter fecerit vel poſſeſſionem corporalem feudi non ali ter tradiderit:nihilominus pro eo habeř ac ſi iueſtitu ra abuſiua ⁊ propria interceſſiſſet:vt ibi. Intelligas tm̄ ꝙ iſto caſu feudū nō trāſiret ad hřdē.vt.ſ.q.mo.feu. ꝯſti.po.i.c.i. Et iſta equiparatio probař p talē ſimili tudinē.quoniā ſicut vincit qs liteʒ ſi iducat probatio nes veras ⁊ plenas ita vincere dʒ ſi iducat illud qđ p ꝓbatōne habeř ſicut eſt ſacramentū quādo eſt dela tū ⁊ preſtitū.⁊ appellař quaſi probatio.vt.ff.de iureiu ran.l.nō erit in.§.dato cū ſi. Actore enim nihil probā te deberet reus abſolui.l.q accuſare.C.de edēdo. Ita ⁊ eodē modo ſicut feudū proprie cōſtituiř per inueſti turā verā ⁊ propriam.vt.ſ.ti.ſeq.in prin. Ita ſimiliter cōſtituiř per eū actum q pro inueſtitura reputař. vt i dicto.c.i.i pn.de ſucce.rec.feu. Et hoc voluit tota iſta glo.vſqʒ ad finē que bene loquiř excepto q̄ i ea parte dū ꝓſupponit ꝙ i dicta iueſtitura ſimilitudinaria nō ſuccedat heres.qđ nō eſſet verū quando dicta inueſti tura ſeu actus ipſius inueſtiture fuiſſet factus preſen te curia.q̄ tūc in tali feudo ſuccedereř in dicto.c.i.in prin.de ſucce.rec.feu. ſecus aūt ſi ipſe actus repreſen tās inueſtiturā fuiſſet factus abſente curia q̄ tūc ſuc cedereř.vt in dicto.c.i.ſ.q.mo.feu.ꝯſti.po.⁊ ita no.gl. in.d.c.i.in prin.de ſucceſ.rec.feu.⁊ ibi dixi. Et hoc mo do poſſet ſaluari iſta gloſa que alias non procederet. ¶ No p.cū glo.ſi.ꝙ imo nō acquirař feu. per ſucceſſio

Ja.alua.ſup feu.

[a] ¶ An noīa ð bitorum. adde Cy. i.l.iij.C. de hředi.actio.bar. i.l.mouētiū.ff. de ver.ſig.ſpe.⁊ ibi Jo.an.i ad di.in ti. de fru ctib⁹ ⁊ itereſſe §.i.v.hoc qua liter.⁊ v.ſequē.

catur tota virtus iuramēti etiaꝫ sub istis verbis gene
ralibꝰ. Et est ratio qꝛ sub isto generali iuramēto ītelli
guntur a iure oīa capitula sp̄alia que iā erāt ꝺclarata
ac decisa ꝛ specificata per alia iura vt pꝫ in duobꝰ ti-
tulis sequētibus ꝛ.xxij.q.i.c.ꝺ forma. Et ideo notāter
dixit iste tex.sicut dꝫ eē vasallus domino ꝛc. Sed ī iu
ramēto supradictarum p̲sonarū non habentiū feuda
non erat declaratum neqꝫ decisum que capitula ītelli
gerent̄ in iuramento ipsorū.ꝛ ideo fuit necesse ꝙ de ip
sis sp̄alis fieret mentio ad hoc vt daretur certa forma
de nouo de qua in isto tex. ¶ Quero subsequēter cuꝫ
dicta glo.in ver.sed quare ꝛc.que sunt ꝛ ītelligant̄ iste
p̲sone domestice que iurare debent ꝺm formā hic tra
ditā. Et respondet gl.ꝙ omnes ille p̲sone que vbiqꝫ ī

b ¶ Appellatur domestice.adde gl.sūme.iij.q.v. glo.in.c.in litis ꝺ te.l.p̄nti.ꝛ ibi doc.i.§.sane.C. de his q ad ec- cle.ꝯfu.bar.in.l. respicēdū. in.§. furti.ff.de pen. itē pater ꝛ filij ī eadē p̄tāte dn̄r domestici: vt in l.illud.ꝛ.l. se.ff. qꝺ cuiusqꝫ vni- uer . nomi . ꝛ quot modis ac cipiat̄ domesti- cus. vide p An ge.i.l.ꝛ iā iure. ī prin.C.de test. ꝛ an domestici dn̄r mercenarij vide p Philip. fran.in.c.officij in vlti.no.de he re.lib.vi.

b aliqua lege appellant̄ domestice[b] possunt includi sub
decisione p̄senti ꝛ ad hoc allegauit plures leges in q
bus fit mentio de p̲sonis domesticis.item ꝛ omnis p
sona que possit sperare successionem domini. vt supra
dictū ē. Et hoc voluit tota ista gl.vsqꝫ ad finē. quā se
qtur Iac.de bel.ꝛ Pe.de cer.ꝛ Bal.ar.in.l.qui iuris
ditioni.ff.de iurisdi.om.iud.ꝛ.C.de lati.liber.tol.l.i.§.
illud. Tu vero colligas ex istis duobus versibus regu
lā que ītelligant̄ p̲sone domestice vꝫ. Dicit̄ ascriptus
p̲sona domestica seruus vxor libertus natus famulus-
qꝫ colonus. Sed tn̄ aduerte ꝙ nō oīs p̲sona domesti
ca dꝫ prestare huiusmodi iuramenta. Illi enim in qui
bus nulla cadit suspitio non tenētur iurare sicut ē fili
us qui nō iurat patri qꝛ reputat̄ eadē p̲sona nec cadit
suspitio.l.fi.C.de impuberū ꝛ alijs substi. Nec ecōtra
pater filio cū magis diligat ipsuꝫ q̄ꝫ seipsuꝫ.l.isti qdē.
ff.qꝺ metꝰ cā. Idem dicendū de vxore ꝛ marito vt vi
cissim nō iurent.l.aduersus de crimine expil. heredi.ꝛ

l.cū tale in prin.ff.ꝺ ꝯdi.ꝛ demon.licet qn̄qꝫ reperian
tur vxores meretrices que optent mortē maritorū.vt
no.in.l.pater seuerinā in.§.socrus.ff.ꝺ cōdi. ꝛ demon.
Ideꝫ intelligas de oībus alijs qui carēt suspitione.ar.
in.l.ij.in.§.p̄tor.ff.q satisda.cogan. Alij aūt omnes fa
miliares iurare debēt si petat̄ qꝛ nulla efficacior pestis
ad nocēdū q̄ꝫ familiaris inimicus.vt no. in.l.data.C.
de dona.ꝛ.ff.ad sill.i.l.i.qꝺ dicit Bal.ꝓculdubio eē
verū in his qui sunt de familia p̲petua.argu. in.l.i.C.
ꝺ epi.ꝛ cleri. ¶ Quero ab extra qd si sūt duo fratres
domini eiusdem ciuitatis vel castri nunquid vicissim
iurare debēt.ꝛ dicit Bal.ꝙ sic.ar.in.l.sed si hac in.§.
si liberta.ff.de ī ius vocā. Nec ob.ꝙ vnus nō sit ꝺ iu
risditione alterius qꝛ quo ad fidelitatē ficndā ꝛ suspi-
tionem tollendā vnus fingitur esse sub alio ꝛ alter sub
altero p̄sumptiōe iuris ar.l.eius qui in ꝓuinciam ī fi.
cuꝫ ibi no.ff.si cer.pe. Adde qꝛ etiā familiaritas ipsa
ꝛ suspitio succedendi hoc opatur per ea que supra di-
cta sunt. Quid aūt si vnus ipsorū delinqueret in aliuꝫ
an alter possit cognoscere ꝛ punire.dixi in.§.preterea
ducatus.j.de ꝓhi.feu.alie.per fe. vbi videas. ¶ Que
ro an clerici habitantes in terris ꝛ ciuitatibꝰ domino
rū laicorū vel habentes ꝛ possidentes ibi bona ꝓpria
ꝛ nō feudalia vel forte sunt domestici ꝛ familiares ip
sius domini:vt quia forte ꝯsiliarij ipsius domini an te
neant̄ inuiti prestare ipsi domino laico tale iuramentū
assecurationis de quo in scꝺa p̲te huius capituli. ꝛ di
cit An.ꝺ iser.ꝙ non per dictum.c.petitio. extra ꝺ iure
iurā.q̄ꝫq̄ꝫ.de honestate ēt sine iuramento teneant̄ ad
obseruantiā eorum que in ipso iuramēto ꝯtinētur per
dictuꝫ.c.petitio. Si vero clerici tenerēt feudū a domi
no tūc rōne dicti feudi bene tenent̄ iurare ipsi domi
no ꝛ p̄stare sacramentū fidelitatis tanq̄ꝫ vasallus:vt ī
c.nimis.extra de iureiurā.ꝛ ibi per Butri. facit ad p̄
dicta.c.penul.cum ibi no.xxij.q.fi.de quo per Host.ꝛ
doc.in.d.c.nimis.ꝛ dixi in.c.qui clericus si de feu. fue.
cōtro.ꝛ spec.in ti.de feudis i.§.qm̄.ver. hodie p̄lati.ꝛ
per Roff.in libellis parte octaua in ti.de offi. iu.quo.
subue.censito. sub rubricella de sacramento cuiuslibet
vasalli. Sed qualiter ꝓuidere sibi pōt dominus si ha
bet suspectos clericos in terra sua habitātes.dicit idē
An.ꝺ iser.ꝙ licet clericus iste nullo mō sit sub iurisdi
tione domini temporalis:tn̄ sponte ꝛ voluntarie pote
rit tale iuramentū assecurationis facere p dictū.c.pe-
titio.ꝛ hoc tꝫ gl.expresse in.§.vasalli nostri.de pace cō
stantie.ꝛ spec.in suo repertorio de iureiuran.ver.in qui
bus casibus dum allegat.c.nullus.extra de iureiuran.
Idem tenet Ia.ardi.in summa sua ī ti. qualiter iura
re dꝫ vasallus.sub rubricella de his qui nō debent iu-
rare fidelitatē ī fi.ꝛ hoc p dictū.c.petitio.ꝛ ad p̄dicta
vide qꝺ dixi in.§.si clericus.j.ꝺ pace tenēda . ¶ Que
ro qd eꝰ vtrū laici habitātes ī terris subiectis eccl̄ie
vel tenētes ibi bona nō feudalia teneātur p̄stare istud
iuramentū assecuratiōis de quo in hac scꝺa p̲te dic ꝙ
sic ꝛ p̄stabunt ipsis possidentibus ꝛ recipiētibus noīe
eccl̄e.ꝛ ita tꝫ Spec.i ti.de feu.in.§.qm̄.ver.nos vero.
ꝛ ꝓbatur in isto tex.postq̄ꝫ non reperit̄ esse statutū cō
trarium.l.sancimus.C.ꝺ testa.facit.lxiij.di.ego ludoui
cus ꝛc.ꝛ quod.s̄.dictum est per dictū.c.tibi domino.
¶ Quero an domini terrarū possint sine causa expel
lere mercatores ꝛ alios forenses de ciuitatibꝰ.ꝛ dicit
Bal.j.in ti.seq.vbi format qōnē ꝙ non qꝛ mūdus est
omnibus cōis patria:vt ait seneca. Item ista expulsio
est quodāmō īterdictio que nō potest fieri sine causa
l.relegatorū.ff.de īterdic.ꝛ relegatis . Et ideo sine cā
hoc nō potest fieri postq̄ꝫ ibi venerūt. sed antequā ve
niāt bene possent īterdici ingressus.ar. ff.de serui.ru.
predi.l.diuus.ꝛ de vsufruc.lega.l.heres. Est enim con
tra naturalē equitatē ꝛ ꝯtra bonū publicū postq̄ꝫ ibi
venerunt expellere eos.ꝛ allegat tex.quē dicit esse sin
gularē ad hoc ī auc.de q̄store post p̄n.col.vi. ¶ Que
ro an

ro an ille qui iurauit tanq̄ vasallus vt hic i. prima pte
teneatur etiã iurare tanq̄ familiaris ⁊ habitans in
loco si ē domesticus domini vel alias sit sub iurisditio
ne domini ratione habitationis: vt hic i scđa parte. Et
dicit odoffre. ꝙ sic qa separata sūt facta argu. ff. ð ca
lūniatoribus. l. fi. ⁊. C. ð do. iter virum ⁊ vxo. l. si mari
tus. Sed tñ dicit ipse ꝙ vno iuramento poterit vtrū
q3 explicari. ar. ff. ð aucto. tuto. l. accipientis. Ita deter
minat ipse in suo apparatu de pace cōstantie in. §. va
salli nostri. ¶ Ultimo ad mā3 p̄sentē videas i specul.
de feudis in. §. quoniā in vltima col. ⁊ i dicto. §. vasal
li. de pace constantie. vbi plene de materia no. vbi ēt ð
claraŧ i qua etate ⁊ vsq3 ad quā etatē ista iuramēta
assecurationis p̄stantur ⁊ que psone excepruanŧ ⁊ per
Iaco. ardi3. in ti. qualiter iurare debet vasallus in. §. i.
seu rubricella prima per cano. i dicto. c. petitio. de iu
reiuran. ⁊ extra de ver. signi. i. c. cū clerici. De iuramē
to aūt vasallorum statim patebit in ti. seq. ¶ Quotu
plex aūt sit fidelitas ⁊ ð qualitatib⁹ fidelitatis dixi su
pra ti. p̄ximo i secūdo notabili.   Iaco.

¶ De forma fidelitatis.   Rubrica.

¶ Scđm ordinem rubricarū oberti de orto ħ nulla
erat rubrica sed cōprehendebatur iste titulus sub ru
brica p̄cedēti. postea aūt ista rubrica fuit iterserta a
glosatorib⁹ supuenientib⁹ gratia comodioris itelligen
tie: vt ibi dixi sup rubrica: ⁊ iō hodie vtimur ista rubri
ca ⁊ bñ. Et p hoc habes mētē gloselle hic posite q̄ di
xit ꝙ quidam nō habent hic titulū sed male. Et cō
tinua istam rubricam ad precedentē hoc modo. q2 su
pra proximo ti. in p̄n. posuit formam iuramenti vasal
lorum in genere sed q2 dictum iuramentum cōtinet i
se plura capitula que ibi non fuerunt expressa. Idcir
co vt predicta declaret subijcitur iste titulus i quo tra
ditur specialis forma iuramenti declarando particula
riter que sunt ipsa capitula fidelitatis ⁊c.   Iaco.

De epistola. Tot⁹ iste titulus ha
I bet originaliter ð v̄bo ad verbū i de
cretis. xxij. q. v. c. ð forma. ⁊ ibi pleni⁹
glosatur quā in hoc ti. Adducā3 hic
omnia necessaria ⁊ diuidiŧ in partes
tres. In p̄ia adducit sex capitula in quibus ex forma
fidelitatis vasallus est obligat⁹ domino vt ab illis se
abstineat. In scđa ostendit qualiter in predictis sex ca
pitulis vasallus nedum debet abstinere: sed etiam de
bet super illis auxiliū ⁊ cōsiliū dño exhiberē. In tertia
determinat in casu cōuerso v3 vt dominus eodem mo
do ex fidelitate sit obligatus vasallo suo i omnibus su
pradictis sex capitulis. Scđa ibi. s3 q2. Tertia ibi. domi
nus quoq3. Casus. vasallus iurans fidelitatē domino
suo debet semper in memoria habere sex capitula que
hic specificanŧ. ⁊ ab ipsis non tm̄ debet se abstinere ve
rum etiam super illis auxilium ⁊ consiliū domino ex
hibere. Similiter ecōtra vice mutua ē obligatus dño
vasallo suo virtute dicte fidelitatis. hoc dic. ¶ In tex.
ibi fili liberti. alias filiberti. Ibi. xxij. cā subaudi. q. v. c.
de forma. Ibi notaui. dic quod iste epūs tanq̄ pitus in
hac scia ad istantiā petentiū scripsit ea que sequūtur.
Et de hoc filiberto epō feci mentionē i prologo opis
presentis. Ibi qui. s. vasallus. Ibi in memoria habere.
subaudi ⁊ sic nō eēt necesse de iure ꝙ exprimerentur
in iuramento q2 sufficeret generaliter iurari fidelitatē
vt patet supra ti. proxio in prin. Sed propter ignaros
consuetum est exprimi prout dixit tex. ī in ti. sequē. Ibi
de corpe suo. s. qđ ipse vasallus non erit cā neq3 per se
neq3 per aliū vt dominus patiaŧ dānū in corpore suo.
Sed iuxta posse suum curabit conseruare ipsum inco
lumē vt probaŧ. ī. in ti. seq. Ibi ð secreto suo. s. vt non
reuelet secreta sua in suū dānū: vt. s̄. ti. proximo. quod
qualiter intelligatur plene declaraui i. c. i. hic pōt esse
ti. q. mo. feu. amit. vbi videas. Ibi munitionibus suis
. s. vt nō reuelet facta per que domin⁹ muniebat se ab
hostib⁹ ⁊ inimicis suis p p̄dicta iura ad qđ facit. l. i.
ff. ad. l. iul. ma. ibi de sua iusticia: vt q2 dominus cōue
nit vasallū q2 vult agere cōtra eū occasione ipsius feu
di ⁊ vasallus expresse fuit ɔtumax in nō parēdo iuri.
Uel aliter fuit cā vt domin⁹ nō posset ɔsequi iusticiā
vt plene ðclaraui. ī. que fuit prima cā bene. amit. in. §.
itē qui domino. ibi honestatē ius. s. dñi ⁊ exēplifica vt
ipse vasallus abstineat se ne vtaŧ inhonestate i domo
domini circa eius vxorem vel sororem vel filiam vel si
milem: vt probatur. s̄. qui. mo. feu. amit. i. § i. ⁊ ī. q̄ fuit
prima cā be. amit. in. § rursus. ibi possessionibus. i. de
suis rebus. vt p3. ī. in ti. seq. ⁊. ī. que fuit prima causa be.
amit. in. §. sed ⁊ qui delator. ibi leuiter regitur cum ver
bo p̄cedenti ⁊ nō sequēti. ibi difficile. Exemplifica. vt
q2 vasallus seminauit discordias ꝓpter quas illud bo
nū qđ de facili erat paratū domino nūc propter illas
discordias nō potest dominus hr̄e nisi cū difficultate.
Uel exemplifica ꝙ alio modo huic facto operā dedit
vt nō fieret. ibi impossibile. vt q2 forte ipse vasallus di
sturbauit matrimoniū qđ erat futurū cū ipso domino
⁊ nunc ex opera vasalli nō est possibile ꝙ possit ampli
us esse. vt q2 forte illa domina cōtraxit cū alio matri
moniū. Uel ponas aliquod aliud exemplū simile. ibi
fidelis. i. vasallus. vt. s̄. de ɔtro. inuesti. in prin. ibi docu
menta. s. supradicta que ex dictis sex capitulis colligū
tur. ibi caueat. i. promittat suo iuramēto fidelitatis q̄
tñ in ipso iuramento fidelitatis de sui natura inesse in
telliguntŧ. vt. s̄. dixi ⁊ p3. ī. in ti. seq. ibi a malo. s. domini
vt. s̄. dictū est. ibi faciat. i. ipse vasallus. ibi p̄stet. subau
di vt p3. ī. ti. seq. in fi. ⁊ in ver. ⁊ si ɔsiliū ⁊c. cū ibi no. ibi
vicem. i. eandē fidelitatē. ibi reddere d3 quasi dicat ꝙ
ad eandē fidelitatē teneŧ dñs vasallo i p̄dictis capitu
lis prout ⁊ serui qđ ipse vasallus teneŧ domio. vt. s̄. di
ctū ē. ibi malefidus. i. malefidei ħm gl. ibi sicut ille sub
audi vasallus. ibi p̄uaricatiōib⁹. i. variationib⁹. vt q2
diuersam cām adiuuat ꝓdita cā sua ꝓut exponiŧ p
tex. in. l. i. ff. de p̄uaricatoribus. facit. l. i. §. p̄uaricatorē
ff. ad turpil. ibi pfidus. i. fidē pdens. ibi piurus. Nō i
telligas p hoc ꝙ dñs iuret vasallo vt statim dicā. vñ
non referas ista verba ad psonā dñi sed ad psonā va
salli ꝓut supra exposui in verbo sicut ille. ¶ No. ex p̄
ma pte. ⁊ primo ꝙ qs d3 i memoria semp hr̄e illud
qđ teneŧ alij facere presertim sub vinculo sacramenti
concordat. l. magnam i fine. C. de cōtra. ⁊ cōmittē. sti
a pul. ¶ No. ex dicta pte ꝙ i iuramēto fidelitatis[a] sem
per itelliguntŧ ista sex capitula de quibus in isto tex. ⁊
i dicto. c. de forma. sicut i simili dicimus ⁊ in quocūq3
alio iuramento in quo subintelliguntŧ certe conditio
nes ⁊ capitula que no. per gl. in. c. quēadmodū. extra
de iureiuran. ⁊ i auc. qđ eis. C. de nup. ⁊ in. c. fi. extra ð
hereticis. ¶ No. ex dicta pte ꝙ vasallus sub vinculo
iuramenti non d3 reuelare secreta domini ad eius dā
num vt dixi sup tex. ⁊ ꝓbatur. ī. ti. seq. ⁊ no. p glo. in di
cto. c. de forma. Simile dicimus i illis q denunciant
b secreta[b] hostibus q2 capite puniūtur: vt in. l. omne. in
. §. exploratores. ff. de re mili. ⁊ no. in. d. c. de forma.
Eodē modo dicas ꝙ vasallus nō debet reuelare mu
nitiones domini alias priuaretur feudo. Simile vide
mus ð eo q dat hostib⁹ munitiones vel mittit litteras
vel nūciū vel per aliud signū eis notificat. Nam inci
dit i crimē lese maiestatis. l. i. ij. ⁊. iij. ff. ad. l. iul. maie.
⁊ hoc totū dixit glo. i. d. c. de forma. facit qđ no. p gl.
odoffre. in tractatu de pace ɔstantie in. §. ego iuro sup
verbo credentias. Quid aūt de reuelante cōsiliū p̄n
cipis dic vt habetur. ff. de penis in. l. si quis aliquid in
. §. i. ¶ No. vasallū debere vti honestate in domo do
Ia. alua. sup feu.

a ¶ In iuramē
to fidelitatis.
adde ꝙ in oi iu
ramēto itelligi
tur excepta au
ctoritas legis
vel supioris: vt
est gl. in. c. ɔstitu
tus. de rescrip.
gl. i. c. de forma
xxij. q. vlti. glo.
pe. in. c. q̄ ɔ mo
res. viij. di. doc. i
c. veniens. de iu
reiu. c. beat⁹. xii.
q. ii. ⁊ in. §. cu3
ergo. xxvii. q.
ii. archi. in. c. au
ctoritatē. xv. q.
vi. ⁊ in. l. fi. ff. q
satis. cog. licet in
quolibet iuramē
to itelligitur ex
cepta psona ipe
ratoris. ħ3 bal. i
c. impialē. in. §.
fi. de prohi. feu.
aliena. p fede. in
vsibus feu.

b ¶ Denūciant
secreta. adde ꝙ
tales possunt ex
cōmunicari. vi
de p philip. in
c. fi. i. §. iubemus
quo no. de he
re. lib. vi.

mini vt hic ⁊.s.qui.mo.feu.amit.in.§.i.⁊ de peten.di. quinta cõsideret.⁊ no.per gl.in dicto.c.de for. ¶ No. ex scd̃a parte tex.notabilẽ ꝙ nõ sufficit abstineẽ a malo [a] nisi fiat qd̓ bonũ est que verba fuerunt augustini ⁊ postea epilogata in libro prosperi. Hanc eãdẽ sententiam posuit ambrosius in libro de officijs ⁊ transumptiue.lxxxvi.dis.in.c.nõ satis.⁊ no.per gl.insti.de iusti. ⁊ iur.i.§.iuris p̃cepta.facit auc.dñi dicẽtis.qui nõ est mecũ contra me est. ¶ No.ex dicta parte ꝙ vasallus non tm̃ est obligatꝰ ad nõ faciendũ dãnũ domino verũ etiam dꝫ dare auxiliũ ꝙ alius non faciat ⁊ sic iuramentũ suũ fidelitatis interp̃taẽ vt ip̃e nõ faciat ⁊ p̄hibeat alios facientes vt ifra que fuit p̃ma causa benefi.amit.in.§.item q̄ dominũ.⁊ i.§.p̃terea.facit quod no.supra qui.mo.feu.amit.i prin. Simile dicimus in omnibꝰ promissionibꝰ negatiuis.vt.ff.de verbo.obliga.i.l.i illa.⁊ i.l.iter stipulantem.i prin.⁊ not.glo.in dicto.c.d̓ forma. Adde tñ ꝙ licet vasallus nõ debeat esse pro alijs i iudicio ꝯtra dominũ suũ vt ex hoc tex. colligiẽ ⁊ i.c.fi.extra de postu.tñ p̄ se ⁊ suis hominibus pōt ⁊ petere ⁊ defendere ar.i.c.petitio.extra de iureiuran.⁊ tꝫ Bar.de pisis i sua sũma i lr̃a feudum. ¶ No.ꝙ piurus nõ pōt eẽ saluus de suo feudo qd̓ itelligas veruꝫ quãdo istud piuriũ cadit super delicto vt hic. Secus aũt si caderet sup ꝯtractu.j.que fuit prima cã be.amit.i.§.illud.⁊ ita no.per glo.s.q.mo.feu.amit.i.§.ij.⁊ ibi dixi.facit qd̓ tangiẽ p cano.i.c.fi.extra de here. ¶ No.ex tertia pte ꝙ eadem fide teneẽ ⁊ obligatus est domius vasallo suo quẽadmodũ ecõtra vasal.dño. Ex quo iferẽ ꝙ sicut vasallus p delictũ cõmissum i dñm p̃uareẽ feudo ita ⁊ dñs p delictũ cõmissũ i vasallũ p̃uari dꝫ iure suo p̄p̄etatis qd̓ hꝫ i dicto feudo qd̓ est multũ notandũ ⁊ sancta decisio.⁊ p̄batur i.c.domino cõmittente.j.si de feu.fue.cõtro.⁊ i.c.i.quali.do.p̄prie.p̃ueẽ.⁊ hoc ẽt colligit glo.hic posita p̄bans p̃dicta p tale exemplũ vꝫ q̃r sicut libertus denegans alimenta patrono inopi puniẽ q̃r redigiẽ in seruiturem ita ⁊ ecõtra patronus denegans liberto p̃uatur operis que sibi imposite fuerunt gratia libertatis ⁊ etiã hereditate ipsius liberti ab itestato nõ aũt ex testõ.vt in.l.si patronus nõ alluerit.ff.de bo.lib.⁊ i l.alimenta.d̓ liberis agno. Et hoc voluit tota ista gl. vsq̧ iux̃ finem sui que bene loqtur ⁊ eã sequũtur doc. ⁊ hãc eandẽ sn̄iaꝫ sequiẽ glo.in.d.c.de forma. Ad quã aũt debeat reuerti tale ius qd̓ amisit dominus vel vasallus ex eorum delicto.vt.s.dictũ est plene dixi.j.que fuit prima cã be.amit.i.§.fi.in cõclusionibus vbi videas.sed vtrum vasallus teneatur alimentare dominum suũ egenũ dixi in.c.licet.j.si de feu.fue.contro. Eꝫ aũt an vasallus pauper sit alimentandus dixi i ti.epi. vel abba.in.§.fi. ¶ No. ex dicta vltima pte in fi. ꝙ fides dꝫ seruari hincinde ⁊ q̄ fidem non prestat eaꝫ sperare nõ dꝫ.facit qd̓ no. per glo.s.per quos fiat inuesti.i.§.fi. ⁊ ibi dixi i primo notabili ⁊.j.que fuit prima causa be.amit.i.§.i. Et hoc voluit dicere glo. hic posita i fi.sui dũ dixit hic est argumentũ ad mutuã p̃stationẽ que ex p̃dictis i totũ remanet expedita. Ad qd̓ facit qd̓ no.per glo.⁊ doc.in.l.cũ p̄ponas.C.de pactis. ⁊ i l.si instituta in p̃n.ff.d̓ transa. ¶ Quero ab extra iuxta p̃dcã vtrũ dñs teneaẽ iurare fidelitatẽ vasallo suo. Et videreẽ dicẽdũ ꝙ sic p istũ tex. postq̃ vasallus de necessitate iurat domino.vt.s.per quos fiat inuesti.in.§.fi.q̃r eandẽ vicẽ debẽt sibi vicissim reddere dñs ⁊ vasallus:vt h̄ dr̃ pro hoc facit.j.de probi.feu.alie.per se.i fi. Et glo.ibi vr̃ tenere hanc partẽ facit p̄ hac pte i ti.de pace constantie.i.§.ego iuro.vbi impator iurat suis subditis. Sed i contrariũ ẽ veritas primo q̃r hoc non reperitur aliqua lege cautũ expresse.iteꝫ q̃r vasallus equiparaẽ liberto:vt no.infra de vasal.qui cõtu.ẽ. Sed patronus non iurat liberto propter honorẽ suũ.l.q̄ bona.§.penul.ff.de dãno infec.⁊.ff.de iureiuran.

a ¶ Nõ sufficit abstinere a malo. Adde.c.placuit.i.q.i.c.cum ab omni.de vi.⁊ ho.cle.⁊ i cle.capiẽtes.in.§.⁊ q̃r de penis.

l.iusiurandũ qd̓ ad pecunias.§.hoc iusiurãdũ cõiuncta.l.honori.ff.de obsequijs.igiẽ nec dominꝰ iurare debet vasallo.facit pro hac parte qd̓ dixit Bal.i.l.liberti.C.de opis liber.iuxta finẽ cõmenti. Non obstat iste tex.q̃r fatendũ est qd̓ dominus reddat vicem vasallo.s.in obseruãdo ei absq̧ iuramẽto illud ad qd̓ vasallꝰ est obligatus per iuramẽtũ dño. Nõ ergo teneẽ iurare dominus vasallo. Sed i effectu tenetur sibi intantum absq̧ sacramento iquantũ teneẽ vasallo dño cũ sacr̃o. Unde hoc plus est i vasallo q̃r iurat ⁊ deo teste promittit. Non obstat.d.glo.i.§.fi.q̃r debet intelligi s̄m istũ tex.quẽ allegat ⁊ sup quo fundat se vꝫ ꝙ dñs teneaẽ reddere eandẽ vicẽ vasallo non aũt ꝙ obligeẽ per sacramẽtũ vt supra dictũ est. Et si dicta glo.habuisset sensuꝫ cõtrarium non bene loquereẽ. Non obstat dictus.§.ego iuro.de pace cõstantie.q̃r non loquiẽ de iuramento vasalli ad dominũ vel ecõtra sed loquitur de sacramento assecurationis vbi pro assecuratione p̄tium p̃statur hincinde de quo sacramento feci mẽtionẽ supra ti.p̄xi.i fi. Ex q̄bus infertur ꝙ in iuramẽto non est p̄ilitas iter dominum ⁊ vasallũ. ⁊ ita tenet An.de iser.⁊ Jaco.d̓ bel.⁊ cõiter doct.⁊ Fran.zaba.i.c.i.extra de feudis. Similiter nõ eẽ p̄ilitas i pignorãdo ius quod quisq̧ hꝫ in feudo vt dixi ifra de probi.feu.alie.per se.i p̃n.i p̃ma glo. ¶ Itẽ videmus nõ eẽ p̄ilitatẽ i relinquendo ius ipsorum ad pias causas q̃r dominus potest hoc facere:vt.j.de pace iura.fir.in.§.penul.sꝫ vasallus nõ pōt:vt.j.qualiter olim feu.po.ali.per se.post p̃n. Similiter nõ est p̄ilitas i alijs casibus quos scripsi.j.de ꝯsue.rec.feu.in ver.⁊ cum datur in.ij.notabili. ¶ Quero an vasallus teneatur iurare fidelitatẽ filio dñi viuẽte dño.dic ꝙ nõ si nõ vult vt colligitur.j.de capi.corra.in pri.⁊ de p̄hi.feu.alie.p̄ se.in.§.preterea si qs.⁊.s.quo tempo.miles.in.c.i.nisi forte dominus ei a principio dedisset feudum cum hoc ꝙ iuraretur etiam filio suo ipso domino adhuc viuente:vt probatur in tractatu de pace ꝯstantie in.§.in nomine x̄pi.vbi iuratur etiã filio impatoris.facit.l.cũ patronus.§.i.ff.d̓ opis liber.⁊.l.si quis operas.⁊.l.si operaruꝫ.sed licet non teneatur filijs iurare tñ non dꝫ eos offendere. vt.j.que fuit prima cã bene.amit.in.§.rursus.⁊.s.qui.mo.feu.amit.in.§.iij.⁊.j.an ille qui interficit fratreꝫ do.c.i.sꝫ vtrũ filius vasalli viuentis debeat iurare.dic ꝙ nõ cum reperiatur cautum sed bene dꝫ se cauere ab offendendo:vt.j.de probi.feu.alie.per se.in.§.insuper. Et p̃dicta sunt de mente Ja.ardi.i summa in ti.qualiter iurare dꝫ vasallus sub rubricella.nunq̄d ⁊ filio domini iurare dꝫ vasallus ⁊c. Domino autẽ ⁊ successoribus bene posset fieri in vna iuesti.vt in.c.ego ep̃s.extra de iureiuran.⁊ dixi in.c.i.in prin.j.que fuit prima causa be.amit. ¶ Quero an vasallus sit astrictꝰ virtute sue fidelitatis quã iurauit domino suo adiuuare ipsum dñm suũ cõtra patrem p̄priũ filiũ fratres ⁊ etiã ꝯ se. Et glo.mouet istã questionẽ in.d.c.d̓ forma. circa quã nõ insisto.sꝫ te remitto ad ea que i hoc plene scripsi.j.hic fi. lex in.§.fi. vbi videas. ¶ Quero an vasallus possit dominũ accusare vel esse contra ipsum aduocatus vel testis. Et de his q̄õnibus similiter tangit glo.in.d.c.d̓ forma. Sed tu latius dicas vt scripsi.j.que fuit prima cã bene.amit.in.§.porro.⁊ in.§.sed ⁊ qui delator.vbi gl.has q̄ões formauit. ¶ Quero q̃r hic dicitur ꝙ vasallus non debet pandere secreta domini.quid si dominꝰ dixit vasallo i secreto ꝙ volebat occidere titiũ an vasallus poterit reuelare ⁊ quid agere dꝫ.dic ꝙ debet p̄suadeẽ domino ne id faciat ⁊ dicere titio in genere vt custodiat se q̃r quidam vult ipsuꝫ occidere non tamen debet nominare aliqueꝫ ita dixit glo.xiij.di.nerui.⁊ probatur in.c.si sacerdos.extra d̓ officio iudi.ordi.⁊ tenet And.de iser. ¶ Quero an i exactiõe fidelitatis vel homagij possit induci nouitas.dic ꝙ non:vt extra de maio.⁊ obe.dilecti.⁊ de ꝯsue.i.c.cũ ꝯsuetudinis.

ↄsuetudinis. alioquin negari posset: vt extra de excess. prela. sane. z tꝫ spec. in ti. de feu. §. quoniam. ver. z no. ꝙ non dꝫ in vltima colūna. z vide qđ dixi. §. que fuit pria causa bene. am. in. §. i. ¶ Ultimo ad materiā pre sentē vide. J. in ti. sequēti. z quod dictū est. §. in ti. proxi mo. z de pace constantie in. §. in nomine xpi. z in. §. ibi sequenti. z quod dixi. J. de probi. feu. alie. per fe. in. §. fi. z J. hic fi. lex. in. §. fi. per Ja. ardi. in summa in ti. quali ter iurare debeat vasallus sub rubricella qualiter iura re debet vasallus. z per Roff. i libellis pte octaua sub rubrica de officio iud. quo subuenitur censito in rubri cella de sacramento cuiuslibet vasalli p cano. in. c. ego epus. extra de iureiuran. z in dicto. c. đ forma. xxij. q. v. z. lxiij. di. in. c. tibi domino. z quod no. i. c. i qbusdā. ex tra de penis. z. xcv. di. in. c. esto subiectus. z extra đ iu reiuran. peruenit. z in specu. de feudis in. §. quoniam. ver. forma autem iuramenti. z in ti. de iureiuran. i tra ctatu libellorum. vbi ponit formas omnium iuramen torꝫ z per hosti. in summa ti. đ feudis. §. quid sit fide litas. ver. fidelitas zc. z per Bar. de pisis in summa i littera feudoꝫ. z per Joan. an. in summa sua i ti. đ feu di. q. viij. z. ix. Jaco.

¶ De noua forma fidelitatis. Rubrica.

¶ Olim nulla erat hic rubrica ꝫ fuit addita a glosa torib⁹ vt dixi. §. ti. ij. sup rub. z hoc ē qđ sensit glosella hic posita dum dixit qdā nō habent hic titulū z ma le. Patet ergo quaꝛ hodie ista est bōa rubrica: z ita semper allegatur per glo. z doc. licet gl. i. infra posita in nigro dicat ꝙ in paucis libris habeaꝛ iste titulus qꝛ de nouo fuit inuēta ista forma: vt ppendi z colligi pōt ex prin. littere dum dixit est z alia de nouo zc. Tu vō dicas ꝙ hodie cōmuniter habetur z est ab oibus do ctoribus cōmentatus. vnde minime sunt mutāda zc. J. minime. ff. de legibus. Et continuaꝛ cum pcedētib⁹ hoc modo. quoniaꝫ. §. in ti. ij. visum est in genere qua liter vasallus debet iurare fidelitatē. postea subsequē ter i titulo proximo pcedenti declarauit que z qualia capitula intelligaꝛ includi i ipso iuramento fidelita tis ad que vasallus obligatus est. ¶ Nūc vero in isto titulo ponit nouam formā iuramenti fidelitatis que đ nouo inuenta fuit propter homines simplices z igna ros circa interpretationes z significationes vocabulo rū qui cupiunt scire specialiter z aperte qui habent iu raꝛ z ad que specialiter obligantur ex natura ipsius fi delitatis licet supradicta forma generalis posset suffi cere de iure ex eo quia de sui natura icludit tacite oia capitula que ipsa fidelitas exigit cuꝫ ipse iurans debe at semper ea habere in memoria vt supra titulo pxi mo z J. statiꝫ patebit in nigro z dixi ēt. §. ti. ij. Jaco.

Et z alia. Diuide totū istum titulꝫ in duas ptes pncipales. Nam i pri ma specificat z declarat ea ad que teneꝛ vasallus domino z forma fi delitatis nouiter inuenta. In scđa de clarat ea ad que tenetur ecōuerso do minus vasallo prestita dicta fidelitate. Scđa ibi: iue sti. vero facta zc. Casus. Licet iuramētū fidelitatꝫ ge neraliter prestitū p vasallū sit sufficiens de iure ac in se contineat itegram z psectam fidelitatem sine alia ad iectione. attamē pter simplices z ignaros specifican tur hodie z nominatim exprimunꝛ in fidelitate ea oia capitula ad que vasallus obligatus est domino ex de bito fidelitatis modo z forma hic descriptis. h. d. vsqꝫ ad. §. inuesti. ¶ In tex. ibi in omni curia hoc ideo di a xit qꝛ plures sunt curie[a] i materia feudali put late di xi. in. c. i. supra apud quē vel quos. Ibi sancta dei euā gelia. Utrū aūt sup alia scriptura vel materia possit iu rari dixi supra ti. scđo vbi videas. Ibi vsqꝫ ad vltimū

diem dic ꝯm And. de Iser. ꝙ ista verba ponūꝛ pter simplices z sunt supflua qꝛ etiā si nō apponanꝛ debet ipse iurans nihilominus esse ppetuo fidelis postq̄ iu ramentū est factū sine pfinitione tēporis ar. C. đ pēis. J. seruus. z đ diuersis rescriptis. l. falso. z. l. iuris pitos ff. de excu. tu. facit qđ dixit Inno. in. c. ex litteris. extra de cōsti. Ibi impatoꝛ. Nā ipatoꝛ dꝫ i oī sacro fideli tatis excipi: vt infra de probi. feu. alie. per fe. in fi. z in glo. ij. hic posita in fine. Ibi vel rege potest intelligi de eo rege a quo tenebat feudū quo casu ipse rex tāq̄ p oꝛ dominus semp excipiꝛ: vt ifra hic finitur lex in. §. fi.
b Nam quelibet puincia[b] habet suū regem. vi. q. iij. sci tote z. vij. q. i. in apibus. z. l. postliminium in pn. ff. de captiuis. Potest etiaꝫ itelligi ꝙ loquaꝛ de lege roma noꝝ q nondū est cōsecratus. z coronatus de imperio z sic non erat adhuc vere impatoꝛ. vt probaꝛ i. l. bene a zenone. an fi. C. de quadri. pscrip. extra de elec. i. c. ve nerabilē. z no. in. l. ex co. ff. de testa. mili. Nā eneas di ctus ē rex romane reipublice i aucten. vt ppo. nomē impa. i pn. Et otto impatoꝛ similiter appellauit se re gem. Et italia appellaꝛ regnū italicū: vt i. c. tibi dño. lxiij. di. probatur in. c. i. supra si de inuesti. inter do. z va sal. z dixi. J. quis dicit dux co. vel mar. c. i. in prin. z in fra de pace te. i pn. ibi recte intelligatur. i. sane z per fecte. vt extra đ sponsalibus ex litteris. z in. c. ex parte. Ibi cōtinet fidelitatē. Subaudi qđ patet qꝛ ille q iu rat fidelitatem dꝫ semp habere in memoria omnia ca pitula ad que tenetur ex debito fidelitatis prout dixit tex. §. ti. proximo. z hoc ēt voluit glo. hic posita que p hoc est expedita. Ibi vel in facto. que autem differen
c tia sit inter auxilium[c] z consilium: vide in. l. sepe i fi. cū ibi no. ff. de verbo. signi. Ibi membrum quid sit z qli ter capiatur membrum dic per Cy. i. l. non liberi. ff. de sta. ho. z plenius per Bar. in. l. ij. ff. de publi. iudi. Ibi vel ptumeliā. dic ꝙ iniuria z cōtumelia differunt tāq̄ genus z spēs qm̄ iniuria diciꝛ oē qđ nō iure fit. ꝫ ptu melia pprie capiꝛ in spē p ipsa iniuria illata: vt. l. i. in pn. ff. de iniurijs. Ibi in antea in futurū ꝯm Bal. Ibi impedimētū pstabo. i. disturbabo ne fiat. Ibi quā citi us potero. qđ intelligit Bal. z bene cū aliquo mode ramento tēporis de quo dicit esse glo. singulareꝫ in. l. emilius. ff. đ mino. facit. l. qđ dicimus. ff. đ solu. z ꝙ di xi infra de prob. feu. alie. per fe. in. §. firmiter. Ibi nun ciabo. Et hoc vasallus semp faceꝛ teneꝛ ad hoc vt do minus possit euitare piculuꝫ z si vasallus hoc nō facit debet pdere feudū: vt infra que fuit prima causa bene fi. ami. in. §. pterea. z in glo. hic signata que per hoc ē expedita. Ibi prout potero: hoc ideo dicit quoniaꝫ si vasallus hoc non posset: tunc esset excusatus nec priua reꝛ feudo vt infra que fuit prima causa benefi. amit. in §. sed nec est alia. z in gl. hic posita licet nō bene alle gauerit facit tex. in. c. ij. supra đ feu. sine culpa nō amit. z qđ no. glo. supra quibus mo. feu. amit. in princ. z ibi dixi. Ibi spāliter vel generaliter. An aūt sufficiat gene rale proclama dixi infra de pace iura. fir. in. §. fi. ibi pā dā. Subaudi. i. scienter z ad damnū domini. Nā ista duo reqrunꝛ ad hec vt vasallus manifestans credētiā domini priueꝛ feudo. vt late dixi in. c. i. §. hic potest eē titulus qui. mo. feu. amit. z supra in ti. ij. z hoc etiā vo luit glo. hic posita que per hoc est expedita. Ibi faciā vꝛ per signa vel scripturā vꝛ alio modo. vt dixi. §. ti. p ximo i tertio notabili. Ibi expediꝛ. subaudi z illud cō silium dꝫ vasal. dño exhibere alias priuaꝛ feu. cum vi deaꝛ facere cōtra fidelitatē quoniā nō sufficit ꝙ se ab stineat a malo nisi faciat qđ bonū est vt pdicta pban tur. §. ti. px. i fi. Et hoc est qđ voluit dicere glosella hic posita que per hoc remanet expedita. ibi ex mea per sona hoc ideo dixit qꝛ sicut ipse vasallus teneꝛ dñꝫ ad iuuare cōtra alios z ab alijs euꝫ defendere ne pdicta ei eueniant. vt pbatur. §. eo. in ver. iuro ꝙ nunquā scien ter zc. ita quoqꝫ z multomagis i sua psona dꝫ hoc at

a ¶ Plures sūt curie. Adde ꝙ hoc vbū curia diuersimode ca pitur. qñqꝫ capi tur p regia pn cipū. vt i cle. ne i agro. i. §. qꝛ vo de sta. mo. z i. c. i. in. §. porro. de sta. regu. lib. vi. qñqꝫ capitur: vt vniuersale ius cōprehēdēs đ se iurisditionē loci z dominia rerū. vt i. c. cum bertoldus. đ re iudi. z i. c. i. i. §. item si qs. z ibi Bal. qb⁹ mo. feu. amit. itē in appellatōe curie romane veniāt cardiales. vide p oldra. pau. de ca. z Jaso. i. l. fi. C. de ver. sig.

b ¶ Quelibet puincia. Adde q̄ dicatur puin cia. vide p card. alex. i. c. sus qui ritū i pma col. i. di. z vnde dcā sit puincia. vide p card. zaba. in cle. dudū. i v. ex tra ciuitates. i. fi. q. de sepul. item dic ꝙ qñ fit mē tio de habitāti bus i certa pui cia nō cōprehē dūtur habitan tes i pfinib⁹. ꝫ domi. in. c. i. in. i. colū. de tempo. ordi. lib. vi.

c ¶ Dña inter auxiliū. Adde an sit dña inter auxiliū z opē. vide p bar. in. l. furti. in. §. ope. ff. de fur.

tendere ne pdicta fiant. & hoc est qd voluit dicere gl. hic posita q ad pdicta allegauit aliquas ↄcordãtias & dicam statim in notabilibus. ¶ No. ex prin. huius capituli q illud qd de sui natura e tacite subintellectũ si specificet nominatim intelligit nouã formam inducere. qd intelligas verũ ẜm Bal. quãtũ ad formaʒ appente sed nõ qʒtum ad intrinsecũ sensuʒ & virtute esse tialẽ sicut videmus i eo qui spicam excutit quoniã nihil noui inducit sed velatã formã & inclusam ostẽdit. ar. l. cũ quis. §. fi. ff. de acq. re. do. ¶ No. q forma substantialis potest ↄclarari per formã accidẽtalẽ vt hic & dixi. s. ti. ij. c. i. Nam aũt posset mutari: vt in. l. prolatam. C. de sen. & no. in. l. non sunt liberi. ff. d sta. ho. quãdo aũt itelligat esse forma substantialis & quãdo accidentalis. dic plene per Bar. i suo tractatu tiberiadis

a ad finẽ. quot aũt modis capiat forma[a] vide plene per Bal. in. l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. d iureiuran. vbi ponit duodeciʒ spẽs quas ibi videt potes: fac qd no. in. c. i. extra de baptismo. ¶ No. ex tex. ibi ego titius iuro &c. q instrm pot formari in pria psona ↄtrahentis: vt hic & in. c. i. s. ti. ij. Sed dic q potest etiam formari in tertia psona qr in hoc nõ est vis dũmodo nõ mutet substantia veritatis vt est tex. expressus qui solet allegari pro singulari in. c. dudũ. ad finem. ex d cõuersi. ↄiuga. Similiter non refert an verba inuestitur sint de psenti vel pterito. vt per Joã. an. i. c. abbate. extra de verbo. signi. & per Inn. in. c. quoniã. de pba. per Bar. in. l. predia. ff. de act. emp. per bal. s. d his q feu. da. po. in. §. penul. qualiter autẽ notarius debeat conficere instrm dic vt no. per gl. in auc. de tabel. §. i. col. iiij. ¶ No. q generalis locutio dicit esse qd pfectum qr ↄtinet omnes suas species. ad qd facit. l. i. ff. si cer. pe. Et ideo sufficeret iurat fidelitatem simpliciter sic dicẽdo iuro tibi fidelitatẽ ↄtra oẽm hominez excepto iperatore vt hic. qnimo etiam breuius & generalius posset iurari sic dicẽdo. Juro q ãmodo ero tibi fidelis sicut dʒ esse vasallus dño: vt pʒ. s. i. d. c. ij. i prin. Et sub isto tali iuramẽto simplici & gñali cõprehẽdũt oia capitula reqsita ad fidelitatẽ vt pʒ. s. ti. px. Sʒ hodie ppter simplices q ignorant significationes vocabulorum & qd cõtineat ipsa fidelitas specificant capitula i iuramentis fidelitatuʒ vt appareat ad qd tenet iurãs vt probatur in isto tex. & in. c. ego eps. extra d iureiurã. Itẽ & e alia rõ qr solet plus timeri qd spãliter qʒ qd in genere pollicet. xxij. di. qʒqʒ. & no. glo. s. in. d. ti. ij. in fi. Item qr natura quotidie deproperat edere nouas formas. C. de veteri iure enucle. l. ij. §. sed qr ẜm An. d iser. ¶ No. subueniendũ eẽ simplicitati hominum q ignorãt significatiões vocabulorũ vt hic & i. l. i. in pn. C. de indic. vidui. tol. facit qd dixi. s. d natura feudi. in c. i. in fi. Et ex hoc dixit glo. notabilis in. l. stipulatio. i §. hoc quoqʒ. ff. de ver. ob. q tenet dictũ testis simplicis & rustici qui deposuit talẽ possidere qʒqʒ iterrogatus quid sit possessio nesciat diffinire: facit qd no. gl. in sti. de inutilibus stipu. in. §. item si quis. & qd tangit in c. ex litteris. extra de sponsa. ¶ No. ex tex. ibi vl i antea habebis qd iuramentũ prestatur sup futuro. qd intelligit Bal. esse verũ quãdo pstatur super reb[9]. Secus si super statuto qr tũc ad preterita. & allegat. c. clericus. extra de iureiurã. Sed tu aduerte qr licet virt[9] iuramenti pstiti super statuto pterito nõ extendat ad futura. vt ibi tamẽ si a pncipio qs iuraret seruar statuta pterita iam facta & futura fienda tale iuramẽtũ capet ẽt statuta futura vt ibi expresse tʒ Inn. facit. c. preterea. extra de testibus cogen. quod intelligas procedere nisi talia statuta essent illicita & ↄtra libertatẽ ecclesiarũ. vt in. c. i. d iureiuran. li. vi. ¶ No. ex isto tex. ibi & si sciuero &c. q vasallus non icidit i penã amissionis feudi si non prestat auxilium dño nisi fuerit req

b situs[b] vt hic. & j. que fuit prima cã bene. amit. in. §. preterea. quod intelligas verũ nisi ipse vasallus sciret maximũ periculũ imminere ipsi domino. qr tunc non dʒ expectare interpellationem sed dbet sponte se offerre: vt in. c. licet. j. si de feu. fue. contro. & j. hic fi. lex. §. ad hoc. Alias aũt non priuaretur vasal. feudo licet sponte se non offerat ad seruiendum. vt i. d. c. licet. Et hoc voluit etiã tota glo. septima hic posita que per hoc remanet expedita. & de hac materia plene scripsi i. d. c. licet. vbi videas. & in. d. c. i. §. i. hic fi. lex. & j. de phi. feu. alie. per fe. in. §. firmiter. ¶ No. ex dicta pte q i iuramento semp subintelligit possibilitas iurantis. facit. c. ij. i fi. s. de feu. sine cul. non amit. & s. ti. pximo. Nã impossibilitas excusat a periurio. l. fi. ff. q satisda. cogã. de quo vide quod dixi in. d. c. licet. si de feu. fue. cõtro. in. ij. oppositione. & in. c. fi. de alie. feu. pa. ¶ Nota ex hoc tex. in fi. q vasallus queadmodũ tenetur seruare dominũ ab offensione alterius. ita quoqʒ & multo magis ab offẽsiõe ppria vt dixi sup tex. facit. l. cũ i eo ibi no. ff. de pac. Quod itelligas verũ ẜm An. de iser. quãdo tractatur de offensione in dominum. Sed vbi tractaretur de defendendo dominũ: tũc pdicta equiparatio non procederet quoniam vasallus bene teneretur defendere dñʒ ↄtra alios sed nõ cõtra se: vt no. glo. j. hic fi. lex. §. fi. & ibi dicã. & facit ad pdicta qd no. in. c. petitio. extra de iureiurã. ¶ Op. cũ glo. ij. q immo i iuramẽto fidelitatis excipi debeat & altera psona quã imperator vt probat infra hic finit lex. §. fi. cuius cõtrariũ hic videtur inferre q non excipiat nisi solũ psona impatoris. So. ista est regula vʒ q vasallus debeat iurare de adiuuando dominũ cõtra omnẽ hominẽ etiã patrẽ filiũ & fratrem ppriũ sed ab ista regula excipit imperator vt hic. itẽ excipit etiam psona poris domini si vasallus haberet plures dominos p diuersis feudis. vnde iurando scdo fidelitatẽ debet excipi psona domini antiquioris vt i ↄtrario. Et hoc voluit tota ista gl. vsqʒ ad fi. que bene loquit & de hoc ẽt dixi super tex. Et addas q ab hac regula itelligit ẽt excepta psona pape. vt in. c. venientes. ex d iureiuran. etiam si expsse non exceptuetur. vt no. in. c. cõsti. extra d rescrip. Itẽ similiter itelligit. excepta ppria pria. ar. i. l. vt vi. ff. d iusti. & iure. & l. postliminiũ. §. fili[9]. ff. d capi. Et est ratio quia patrie ppre est obligatus ratiõe iurisditionis vt probat supra ti. ij. in fi. facit. l. metum §. aiaduertẽdum. ff. qd metus causa. Itẽ similiter itelligitur excepta psona propria ipsius vasalli. vt no. in dicto. §. fi. hic finitur lex. & de pdictis etiaʒ ibi plene tetigi. Itẽ excipit Bal. quãdo lederet pater frater vel filius vasalli circa ea q sũt imutabilia d iur p tex. isti. d iure nãli i. §. sed nãlia qdem. ¶ Op. caʒ gl. sexta q imo vasallus non teneat dominũ adiuuare volentem aliuʒ offendere vt probatur in dicto. c. i. in prin. j. hic finitur lex cuius ↄtrariũ hic legit. So. iste tex. tollit contrariũ quoniã psuppõit q domin[9] iuste se mouebat ad offẽdendũ quo casu tenet vasallus ipsum adiuuare vt hic sʒ vbi dominus iniuste se mouet ad offendẽdũ. & hoc constat tũc vasallus non tenet ipsum adiuuare vt ibi sed vbi dubitatur an iuste se moueat vel non. tũc in dubio tenet ipsum adiuuare licet qdaʒ & male voluerint dicere q vasall[9] indistincte teneat adiuuare dñʒ. Et pdicta sunt vera nisi dominus fuisset excõicatus vel bãnitus qbus casibus vasal. non teneretur iterim ipsum adiuuare cuʒ cẽseatur absolutus a debito fidelitatis p ut omnia pdicta colliguntur ex dicto. c. i. in pn. infra hic finitur lex. Et hoc voluit tota ista glo. vsqʒ ad fi. q bene loquitur vt amplissime dclaraui in dicto. c. i. i pn. omnia que ad psentẽ questionẽ trahi possũt. ¶ Quero ab extra. qr hic dicitur q vasallus nõ debet esse in cõsilio vel auxilio vt dominus recipiat aliquã lesionẽ vel iniuriã &c. quid si dominus esset in furore & vasallus dedit cõsilium vel auxilium in capiendo ipsum ad hoc vt curaretur an habebit locum iste tex. dic q non ẜm An. de iser. qr debet intelligi de captione in mala parte.

a ¶ Quot aũt mõis capiatur forma. adde bal. in. l. i. ff. de libe. & posthu.

b ¶ Nisi fuerit reqsit[9]. adde q ẽt hoc hʒ locũ i ↄsideratis ẜm bal. & andre. de iser. hic. & p bal. i. l. executorẽ. C. de execu. rei iu. & i simili ↄsulu it Calde. ↄsi. iij. in ti. de penis.

parte.ar.in.l.vt gradatim in.§.i.ff.de mu.& ho. Idem dicendū si ipsum cepisset vt corrigat vel emendet a propinquis.C.de emenda.propinquo.l.i. ¶Quero an vasallus tenetur seruire dño expēsis proprijs in quocunq; loco vagetur dominus & super hac qōne Iaco. ardiz.varia dixit i summa in carta.ij.sub rubricella cuius expensis teneat seruire vasallus &c. Ego puto istā esse veritatē q aut potest cōstare ex forma inuestiture quid agendum sit.& tunc illud debet obseruari vt supra quid sit inuestitura i.§.penultimo.& fina. Aut est dubium. & tūc aut vasallus habet bonum & sufficiēs feudum ad tale seruitiū exhibendum.& tūc teneatur ipse vasal.seruire domino expensis proprijs. dummodo dominus non vagetur extra terram propriam.ar.i l.suo victu cū pluribus legibus sequētib9. ff.de opis liber.C.de annonis & tribu.l.pro locis.ff.de annuis lega.l.meuia.§.vxo.i auc.d mā.pri.§.illō.&.ff.d pcu.l.sz & bee.§.i. Si vo vasal9 nō hz sufficiens feu. ad tale seruitiū exhibendū.& tūc dz seruire expēsis domini dicta.l.suo victu.&.l.hoc ope.d op.li.& probat i.l.i.ver. si tamē.ff.de tutel.& ratiōi.distra.& de admini.tu.l.tutoribus.&.ff.māda.l.idēq;.§.labeo. Ubi aūt domin9 vellet exire priā & terram propriam & ducere secū vasallos.& tūc debet hoc fieri expēsis proprijs domini nō aūt vasal.ar.in.l.cum sepe.C.de eroga.mil.ānone.& i l.modios.C.de suscep.& archa. Et pdicta procedūt nisi vasal.duceret in exercitu impatoris dū vadit romā pro suscipienda corona:q: tūc debet seruari forma tradita.j.de pace iura.fir.in fi.& de probi.feu.alie.per fe.i §.firmiter.& dixi.j.de capi.cor.in.§.similiter.& de probi.feu.alie.per loth.in.l.i.& ibi no.in glo.i. Utrum autem vasal.teneatur exire patriam propriam ad seruiendum domino & quando & in quo loco plene scripsi i.c.i.in prin.§.qui.mo.feu.ami.vbi videas. Sed quid si vasal.habet feu.liberum & francū an tunc teneatur prestare seruitia domino & ipsum adiuuat vide quod dixi in.c.i.j.de capi.qui curiam ven. de pdictis tū questionibus an vasal. teneat domino seruire proprijs ex
a pensis[a] & exire patriam: vide prefatum Ja.ardi. in loco supra allegato.vbi plura dicit. ¶Quero an per cōsuetudinem vel statutū possit dari alia forma circa iuramentū fidelitatis. Et dicit An.de iser.q sic pcludēs q i prestatione huius iuramēti fide.sp dz seruari psuetudo illius loci ar.ff.de public.l.si publicanus.§.fi.& d euic.l.si fundum.sed vbi non esset specialis cōsuetudo vel prouisio tunc debet prestari fidelitas sm formam illius ti.& tituli pcedentis sm ipsuz.facit ad pdicta.c. i.§.de feu.cogni. ¶Ultimo ad materiaz ti. pñtis videas in duobus ti. pcedentib9 & in remissionibus ibidē copiose adductis.& vide quod dicūt canoniste i.c. veritatis.& in.c.sicut.extra de iureiuran.& de symonia in.c.ex diligēti.

Inuestituram. Adaptat iste.§.magistraliter ad superiora hoc modo quoniā.§.ti.iij.visum ē qualiter inuestitura abusiua debet precedere iuramētū fide. Postea & subsequenter in duobus ti.pcedentibus & in isto visuz est de ipso iuramento fide. & de eius forma quod prestat vasal.domino. Nunc vo in isto.§.ostenditur quid habeat facere dñs postq̄ vasal.sibi fidelitatē iurauit. nā debet sibi dare inuestiturā propriam & realem. hoc est possessionē feu.vt hic patet. Et in summa hoc vult postq̄ dñs inuestiuit vasal.& ab eo fide. iuramentum recepit debet sibi tradere possessionem feu.alias si nō tradit tenebit vasal.resarcire omne suū damnuz.h.d. Et premitte pro euidentia id quod dixi.§.titu.iij.sup tex.& in primo notabili vz ordinē pcipiendi instrumēta inuestiturarum. Naz primo fit inuestitura. Scdo iurat fide. Tertio tradit possessio. vt ibi latius dixi & declaraui qualiter iste.§.intelligitur in feu. nouo.nō aūt in antiquo vbi videas pro intelligentia istius.§. ¶In tex.ibi inuestitura.s.abusiua que nō consistit in substātia possessionis sed solūmodo in verbis interueniente aliquo corporeo puta anulo vl' alio signo. Exempli cā si dominus dicat inuestio te cuz isto annulo vt pdicta pbantur.§.quid sit inuesti.in prin.& ibi dixi. Ibi fidelitatē que qdē fide.nihil aliud est q̄ ipsum iura.fide.qd prestat vasal.domino vt.§.ti.iij.in fi. Ibi subsecuta hoc ideo dicit quoniā ipsa inuestitura debet pcedere & postea seq fidelitas.vt.§.dixi. Ibi inuestitum.s.vasal. Ibi
b in vacuam possessionē[b] & intelligitur esse vacua possessio qñ nō est impedita neq; occupata per aliū. Ita q sit vacua ab omni impedimēto vt pbatur i.l.ij.&.iij. ff.de act.empti.& no.in.l.cū res.C.de proba. sed vtrū sit ciuilis vel naturalis.vide p glo.& doc.in.l.licet.C.d acq.pos.& in.l.iij.§.ex contrario.ff.eod.ti. Ibi mittet. Nam per istam missionē intelligitur tunc esse facta ppria inuestitura.vt.§.qd sit inuesti.i prin. Et ex hoc pz qualiter intelligit iste.§.in feu.nouo quoniam in antiquo nō est opus q vasal.mittat in possessionē cū iam in ea repētat esse.& īō inuesti.i feu.antiquo intelligit potius quedā pfirmatio prioris inuestiture vt dixi.§. p quos fiat inuesti.i prin. Ibi qd si differat.s.ipse dñs tradere possessionē. Ibi omnez vtilitatē.s.omne illud qd habuisset ipse vasal.si ab initio fuisset sibi tradita possessio.vtrū aūt veniat iteresse extrinsecū stati dicā: ¶No.q dominus postq̄ fecit inuesti.verbalē & sibi sit prestita fide.cogit precise ponere vasallū inuestituz in possessionē feu.vt hic. Ex quo inferas q nō posset penitere neq; liberari a tali obligatione volēdo prestare interesse vt i.c.si facta.j.si de feu.fue.cōtro.& in glo. hic posita q̄ per hoc remanet expedita. Idem similiter dicimus i donāte & ven.vt precise cōpellat ad tradendū insti.d dona.i.§.pficiunt.& insti.de emp.& ven. in.§.preciū.& ibi glo.no.de quo per gl.& doc.in.l.i.ff. de act.empti.& dixi late in.d.c.si facta.super gl.fi. vbi ēt declaraui q si predicti nolūt tradere q manu militari debet auferri & tradi per.l.qui restituere.ff.de rei ven. ¶No.q per inuestiturā verbalē etiā cū annulo factam quis non adipiscitur possessionez feu.vt hic.& in.c.per tuas.extra de dona.& in.c.ex ore.extra de his que fiūt a ma.par.ca.cū ibi no. Intelligas q feu.bene est acquisitū postq̄ dominus pellitur pcise ad tradēdum:vt.§.dixi. Nam vasal.habet ius ad rē licet per ipsam simplicem inuestituram videat habere minus q̄ si haberet possessionē.xvi.q.ij.c.visis.& in.l.minus. ff.de reg.iu.sm Odof.& Jac.d ra. Qualiter autē fiat per dominum traditio huius corporalis possessionis que inuesti.ppria appellatur dixi.§.in ti.quid pcedere debeat inuesti.an fideli.c.i.vbi videas. ¶No.q mora tradere debētis opatur.vt morosus teneat ad oēz vtilitatē quā recepturus fuerat ille cui debuit fieri traditio.vt hic & no.per glo.§.de contro.inuesti in prin. ¶Op.cum glo.ij.q immo dñs morosus nō teneat ad omnē vtilitatem vt probatur in.l.si sterilis i.§.cū per venditorem scdo rñso.ff.de act.emp. So.hic loquimur de interesse intrinseco hoc est de dāno qd habuit vasal. Ibi aūt loquit de interesse extrinseco.s.de lucro quod inde potuisset pcipere vasal.si debito tēpore fuisset sibi tradita possessio feu.vt q: potuisset ex redditu feu.negociari & lucrari.nā tale interesse extrinsecū non cōsideratur & ita distinguit i.d.§.cum per venditorē. & per istam glo.vsq; ad ver.itē si ei &c. Sed tu aduerte q: solutio huius gl.ita simpliciter intellecta pfunditur hodie p.l.i.in fi.C.d seu.q p eo qd iterest.& ita no. gl.ma.i fi.i.d.§.cū p vēditorē. Quare doct.sup h passu varia dixerunt. Mihi placet opinio Bar.distinguētis iter lucrum quod contingit circa rem ipsam & lucrum qd contingit ex re ipsa & lucrum qd venit extra rem ipsam prout ipse latissime & pulchre prosequitur i pdicta dicta.l.i. Uerum quantum ad propositū nostrum de isto tali lucro de quo tangit ista gl.dicit ipse

a ¶Seruire pprijs expēsis.adde Bar.i.l.meuia.i.§.i.ff.d annu.lega. bal.i.l. q māumittit.ff. de ope.li.lu.ro. i.l.recusare i.§. si qs a filio.ff. ad treb.bal.i.c. cū ex officij.i.c. col.de pscrip.oldra.p.c cxxiiij. icip.factū tale ē quidam miles.

b ¶In vacuaz possessionē. Adde que dicatur possessio vacua .C.vnde vi.bar. i.l.meminimus i.§. fundo.ff.de le.s.ange.in.l.in quetionibus in §.i.ff.d ver.ob.

a lꝫ.extra ꝺ voto.vbi ad feu.regni nõ admittũꝛ plures[a]. So.ibi loquitur in succes.regni que nõ capiꝫ pluralitatem dñoꝝ neqꝫ diuisionē.vt no.in.c.si heredes.extra de testa.de quo dixi latius.ĵ.de pꝛobi.feu.alie.p fe. in.§.preterea ducatus. ꝛ.ŝ.de feu. mar.in.c.i. ¶ Quero ab extra qd si rex concedit mihi castrum i feu.noie ꝛ iuꝛ antiqui feu.possidendum an dato ꝙ sit nouũ assumat sibi vires feu.antiqui ꝛ qualitatem.ꝛ Bal.i.c. i.in pꝛin.ĵ.de alie.feu. pa. tꝫ ꝙ sic per.l.quicunqꝫ.C.de cõi agro deser.facit qꝺ dixi.ĵ.de vasal. decre. eta.in.c. i.in vlti.q. Utrũ aũt per statutum posset fieri noua ꝓuisio circa successiones feudales. vide qꝺ scripsi.ŝ.de his qui feu.da.pos.in.§.hoc aũt.ꝛ.ŝ.de succes.feu.in.§. hoc quoqꝫ. ¶ Quero an fratres vtrinqꝫ cõiũcti excludāt fratrē ex patre tm̄ a feudi successione. Et videreꝛ dicendum pꝛima fronte ꝙ sic qꝛ eodem modo ē cautum de iure cõi p dictā auc.cessante ꝙ ius cõe seruare debemus.postq̄ꝫ non reperiꝛ statutũ cõtrariũꝫ ꝺm cõsuetudines feudoꝝ.vt.ŝ.de feu.cogni.in.c.i. Sed tñ hoc nõ obstāte tu teneas ꝯrium per istũ tex. ꝛ suadet rõ.qꝛ isti tales veniunt solũ ex vinculo agnationis nõ aũt virtute alicuius sanguinis materne. itē nõ veniũt iure hereditario sed beneficio dñi. vt in.c.i.ĵ.an agna. vel filius ꝛc. Agnatus autem intelligitur etiā frater q est solum ex parte patris.ff.de gradi.l.fi.§.inter agnatos.ꝛ.C.de legi.here.in.l.i.ꝛ ita tꝫ Jac.ardi.i summa de succe.feu.sub rubꝛicella an frater ex vtroqꝫ parēte. quem seqtur.d.Bal.hic. ¶ Quero quid si plures nepotes supersint ex diuersis fratribus qui succedũt patruo in feu.an vocentur in stirpes an i capita. Rñdeo ꝙ in hoc sunt opi.naꝫ Ja.ardi.in sũma de suc. feu.sub dicta rubꝛicella an fratres ex vtroqꝫ parente ꝛc.in.§. ij.tꝫ ꝙ succedũt in capita.sed si ad dictā successionē veniũt cũ patruo.tũc succedũt in stirpem. Bal. aũt hic dicit ꝙ succedunt i stirpes.ꝛ ita dicit se cõsuluisse subiungens ꝙ ista questio dꝫ determinari ꝺm ius cõe.vnde cũ statutũ sit vt post fratrũ filios succedant vlteriores in capita vꝛ tacite statutũꝫ vt fratrũ filij succedāt in stirpes.arg.in.l.cũ pꝛetoꝛ.ff.ꝺ iudi.hoc idē videꝛ tenere in.d.c.i.ĵ.de natura suc. in feu.in fi. sequendo opi. glo.in.d.auc.cessante.dicēs non posse adherere meliori carotio q̄ꝫ glose. Uerũtñ dic latius de hac qõne vt scripsi.ŝ.de suc.feu.i pꝛin.in vltimo notabili. ꝛ p bal. in.l.ij.C.de suis.ꝛ legi.here.ꝛ.ĵ.de natura succe.feu. in d.c.i.ꝛ hic ꝛ i dicta auc.cessante.licet ibi videaꝛ tenere contrarium. ¶ Ultimo ad materiam nostrā vide quod dixi i.§.hoc quoqꝫ.ŝ.de his qui fe.da.pos.ꝛ in dicto ti.de succe.feu.in pꝛin.ꝛ in fi.ꝛ.ŝ.in ti.consti.feudales lotha.impa.in.c.i.cum seq.ti.ꝛ qꝺ dixi.ŝ. eo.in pn.ꝛ in remissionibus pluribus ibi adductis.ꝛ plene per Jaco. ardi.in summa in ti.de succes.feu.sub rubꝛicella de collateralibus cũ quatuoꝛ rubꝛicellis sequentibus.ꝛ glo.in.l.quod dicitur.ff.de impensis.

c ¶ A i feudũꝫ regni nõ admittunꝛ plures. ad de anto.coꝛ.siculus olim auditoꝛ sacri palatij in repe.c.grādi de supplē.negli. pꝛela.li.vi.

b ¶ In defectũ probatiõis. adꝺ ꝙ propter inopiā probationũ recurrendum ē ad auxilium sacramenti. vt in .l.in bõefidei.C. de iureiur. ꝛ in c.cum dilectus. de electio.

Si vero do. Supꝛa ꝓxime visũꝫ ē q̄liter agnati collaterales admittũtur ad successionē feu.paterni.sꝫ qꝛ iterdũ dubitaꝛ iter agnatos dicētes eē feu. pꝛ̄num.ꝛ dñm vel alios litigātes dicētes eē feu.nouũ.vnde vt p̄dictā dubitationem tollat subicit hic istũ.§.quem diuidas i ꝑtes tres.qm̄ i pꝛima pte declarat quis pꝛobare dꝫ qñ aliqua indicia sunt ꝙ feu.sit paternum. In scda econtra qñ indicia sunt ꝙ sit nouũ. In tertia trādit doctrinā cui deferendum sit iuramentum per iudicem in ꝺfectum ꝓbationis. Scda ibi.sed scio. Tertia ibi: bonus. Casus. Pꝛesumptio trāsfert onus ꝓbādi in aduersariũ.ꝛ iudex cā cognita i defectũ probationis cõsiderare dꝫ cui poti⁹ sit iuramētũ deferēdũ.h.d. Pꝛemitte pro euidētia casum i .§. sacramētum.ĵ.de ꝯsue. rec.feu.ꝛ quod ibi dixi i euidentialibus ꝛ in. ij .nota. Item pꝛemitte ꝙ sit feu.paternũ ꝛ ꝙ sit feu.nouũ. vt dixi.ŝ. §.ꝓximo. i vltimo no. ¶ In tex. ibi vel alius vt iuestitus forte a dño de dcõ feu.tāq̄ꝫ ꝺ fe.nouo ꝛ ꝺ uoluto vt pꝫ.ĵ.de inuest.in ma.fac.in.c.i.§.i. Ibi bñficium.i.feu.vt dixi .ŝ.i pꝛin.huius capituli. Ibi illius.s. ꝺfuncti. Ibi dicit subaudi.ꝛ hoc ideo est qꝛ p̄sumptiones erāt ꝙ feu.esset paternũ. Ibi scio.s.ego Obertus vt declaraui in.c.i. sup tex.ĵ.de eo qui sibi here. qꝫ sui s. Ibi pꝛonunciatum.subaudi qꝛ eo casu pꝛesumptio erat ꝙ esset nouum. Ibi cā cognita.que aũt veniant i ista cause cognitione.no.gl.ŝ.de contro.inuesti. in p̄n. super verbo defensio.ꝛ .ŝ.de conten.inter do. ꝛ vasal. in pꝛinci.ꝛ plene dixi in.d.§.sacramentum. Ibi in probatione deficiente scilicet plena. ¶ No. ꝙ onus probandi incumbit illi qui magis distat a veritate p̄sumpta.facit quod no.glo.fi.in.l. iij.ff.de ꝓba. ¶ No.ꝙ

b ad delationem iuramenti i defectũ ꝓbationis[b] nõ est procedendum ex arrupto ꝛ p̄cipitanter.sed cā cognita.ꝛ in tali delatiõe iudex dꝫ habere eqtatem pꝛeoculis qm̄ ista delatio magis innitiꝛ eqtati q̄ꝫ rigoꝛi.vt dixit h gl.quā multũ notabat Pe.ꝺ cer.ꝛ bal. Et ex h eliciebat idē Bal.ŝ.de ꝯtro.inuesti.in p̄n.ꝙ iuramētũ nõ pōt vnq̄ꝫ deferri i ꝺfectũ ꝓbationis nisi viso ꝛ cognito qualis sit iste defectus ꝛ diligēter examiato. facit qꝺ no.in.l.vbicũqꝫ.ff.de interro.ac.ꝛ qꝺ habeꝛ i .c.i.de cõfes.li.vi.ꝛ qꝺ dixi in.d.§.sacrm̄. ꝛ.ĵ.ꝺ contro. inter mas.ꝛ fe.in.c. ¶ Quero cum glo. i. quare hic incumbit ꝓbatio illi q allegat feu.esse nouũ potius q̄ꝫ alleganti illud esse antiquũ. Et rñdet gl.qꝛ p̄sumptio erat ꝙ esset vetus.vnde si qs vult allegaꝛ ꝯriũ ꝙ eēt nouum dꝫ illud probare sicut in simili videmus si aliquis dicat testatoꝛē de nouo mutasse voluntatem dꝫ illud pꝛobare qm̄ pꝛesumptio est ꝙ testatoꝛ perseuerauerit in dispositione antiqua nisi pꝛobeꝛ de nouo illaꝫ mutasse.l.cum tacitum.ff.de ꝓba.sic in pꝛoposito nostro arguēdo a simili. Et hoc voluit ista gl.vsqꝫ ad v. ꝛ illud itelligo que bene loquitur. ¶ Op.cum dicta glo.contra pꝛoxime dicta ꝙ imo ideo incũbat ꝓbatio allegāti feu.esse nouũ ex eo qñ aduersari⁹ feu. possidebat.ꝛ ideo agenti incumbit pꝛobatio.l.ij.ff.de ꝓba. So.dicit gl.ꝙ istud eēt verũ p̄supposito ꝙ vasal. possideret.quo casu esset releuatus ab onere ꝓbandi nisi forte ipse actoꝛ fundasset itentionē suā.qꝛ tunc ipse possidens haberet necesse ꝓbare ad exclusionem intentionis agentis.l.siue possidetis.C.de ꝓba.verũ intelligas ea que.ŝ.dicta sunt qñ neuter istoꝝ litigātiũ possidebat.quo casu incumbit pꝛobatio potius allegāti feu.esse nouum q̄ꝫ allegāti illud esse antiquum.vt in hoc tex.q ita dꝫ intelligi. Et hoc voluit tota ista gl.vsqꝫ ad fi.que bene loquiꝛ ꝛ statiꝫ latius dicā. ¶ Op. cum glo.ij.ꝙ ista littera sibimet aduersaretur. Nā pꝛimo dixit ꝙ ille q dicat esse nouum dꝫ illud pꝛobaꝛ postea imediate subiunxit ꝙ fuit pꝛonunciatum ꝯtrariũ. Sol.intellige ꝙ ideo fuit taliter pꝛonunciatum qꝛ p̄sumptio

sumptio erat eo casu pro ipso actore q esset nouu: et io fuit pronunciatu vt reus allegas illud esse paternu deberet probare. Presumptio enim hoc operatur in vtroqz casu vt onus pbandi trasferatur in eu contra que militat presumptio: vnde non semp est deferendu iuramentum possidenti si sint presumptiones alie cotra ipsum: vt.j.de consue.rec.feu.in.d.§.sacramentum. et .C.de iureiura.l.i bonefidei. Et ista fuit itentio huius glo.vsqz ad ver.iudici aut tc. licet non ita clare loquuta sit. ¶ Oppo.subsequenter cum dicta glo. otra istu tex.in eo quod dat arbitrium iudici in deferendo.qm regula iuris est in otrium que disponit q actore no pbate reus debeat absolui.l.qui accusare.C.d edendo. Sol.intelligas istum tex.q aliquid sit pro eo pro quo iudex mouetur ad deferendum iuramentum. vt probatur in.d.§.sacramentum. Ex his naqz dz iudex diligenter considerare cui potius sit deferendu bm eqtatem qz semper dz habere et attender.l.q si ephesi.ff.d eo quod cer.lo. Et in hoc dz ipse iudex esse medius iter vtraqz pte.put videmus in simili in.l.vbi.C.d cri.fal.no aut dz se ex arrupto et inconsiderate regular ta qz dns et particeps litis.ar.j.de vasal.decre.eta.in.c.i. et per hoc nunc habes tota expedita vsqz ad fi.que bene et notabiliter loquitur.facit tex.j.que fuit prima ca bene.amit.i.§.sed qa. ¶ Op.ab extra 2 id quod hic dicitur vt dno incubat probatio.qm imo videretur distinguendum vtrum quis possideat vel non possideat vt sic non possidenti incumbat probatio. vt.s.de contro.inuesti.in.§.cum aut.et de conten.inter me.et do.de po.feu.c.i. So.dic bm Ja.de bel.q aut agnat9 possidet totu feu.vel ptem.vel hz preciu vel cabium ptis.et tuc dns pbare dz alioquin deferri dz agnato iusiuradu vt ibi.aut possidet dns.et tunc probat agnatus. vt in.d.c.i.de conten.iter me et do.aut neuter possidet.et tuc agnatus dz otitui in possessione feu. interim i dubio:vt.j.si d feu.fue.cotro.c.i. et dns si vult vincere dz probare feu.esse nouum.vt hic et.j.de inuesti. in mari.fac.c.i.§.i.et si de feu.fue.cotro.c.ij. Deficiete aut probatione relinquitur arbitrio iudicis cui deferri debeat iuramentu.vt in.§.sacramentum.et.s.dixi. ¶ Vltimo ad mam psentem vide alia que dixi.s. de cotro.inuesti.in prin.et in.§.cum aut.et de conten.inter me et do.d po.feu.in.c.i.et in ti.si de inuesti.inter do. et vas.lis oritur.i.c.ij.ver.si aut aliquis.et.j.d inuesti.i mari.fac.in.§.i.j.si de feu.fue.contro.in.c.i.et.ij.et in plurib9 remissionibus ibi adductis.et per Ja.ardi.in summa in ti.de conten.feu.sub rubricella.quali.in causa debeat pcedi.et rubricella seq.et fi. Plenissime aut de materia iuramenti videas i.d.§.sacrm.et in pluribus remissionibus ibi descriptis.et qd dixi i.c.fi.s.de feu.da.inuicem legis co.et in.c.de contro.inter mas.et fe.et.j.d capi.qui cur.ven.in.c.similiter.per canonistas in .c.fi.de iureiu.et per nostros doc.in.l.admonedi.ff.d iure iur et in.l.bonefidei.C.eo.titu.Jaco.

¶ De fratribus de nouo benefi.inuestitis. Rubri.

¶ Olim erat hic rubrica talis vz nouu no paternuz et sub hac rubrica coprehendebant omnes ti. sequentes vsqz ad rubrica.j.i qbus cau.feu.amit.exclusiue. Et io sup qualibet rubrica hic iterposita habes glosella q dicit also no erat hic titulus sz capl'm tm. Postea vo a glosatoribus superuenientibus fuit mutata ista rubrica et sibi data noua forma q hodie vtimur vz de fratribus de nouo beneficio inuesti. Et insuper a pdictis glosatorib9 fuerut interposite oes rubrice inferiores.vt ma diuisa clarius intelligeretur. put in simili dixi.s.in tit.qualiter vasal.debeat iurare fidelitatem super rubrica. Et cotinuatur ista rubrica ad pcedentem hoc ordine.quonia supra proxime visuz est de gradibus successiois feu.et qualr fratres in feu. prno sibi vicissim succedut. Nuc vo declarare itedit qd iuris in feu.nouo.an ipsi fratres sibi vicissiz succedat. Et io supposita e hic ista rubrica. Et aduerte qz semp i materia nostra feudali bnficium capil p feu.vt.j. in quibus cau.feu.amit.c.i.§.in primis.

J duo fra. Frater no succedit fratri in feu.nouo nisi i inuestitura hoc eet actu a b.d. Premitte q sit nouu feu.[a] et prnum:vt dixi.s.ti.pxi.in fi. ¶ In tex. ibi no de paterno.subaudi qz si de paterno aliud eet:vt.s.ti.pxi.in.§.his vero. Ibi simul i uestiti sint.i.vterqz ipsoz inuestitus est.qd itelligas siue in vna inuestitura siue in diuersis: vt.s. de succes.feu.i.§.fi. Ibi sine herede.i.sine filio mas.qm verbum heres ita capit i ista ma:vt.s.de feu.ali.in.§. et si clietulus. ¶ No.q i feudo nouo no hz locu ius accrescendi9 etia iter fratres:vt hic et.s.de his q feu.da. pos.in .§.i.ver.finaut.vbi est similis tex. Secus aut i feu.paterno de qua ma dic vt ibi plene scripsi.et.s.de succes.feu.in.§.fi.et.s.de feu.mar.in.c.fi. ¶ No.q per pactu pot dari noua forma otractui:vt hic in fi.et i.l.pacta.ff.de ohe.emp.et.ff.de pac.i.l.iusgetiu.i.§.qnimo. Et colligit gl.hic posita i fi.sui.du dixit q p pactum lz q alias non liceret.de quo plene no.in.d.§.fi.s. de succe.feu. Et sic habes dicta cam gl.nostre per hoc expedita.facit.s.qd sit inuesti.in.§.fi. ¶ Quero cu gl.qd sit portio huius feudi no posset separi eo qz ipsa res feudalis e idiuisibilis.an tuc accrescat ipsi vasal.supstiti dicta portio defecta. Et rndet gl.q no itedit ista qone determinare sed incitat studiosum vt sit sollicit9 et no lentus ad pdicta qonem indaganda et solueda ad qua tn vt maz pbeat subtilius idagadi argut ad ptes formado plures rones hincinde quas recita.vt i glo.et tade ipsaz qone dimittit in[illegible]ista.et hoc voluit ista glo.vsqz ad ver. sz dicet sollicitus tc. Sed tu in hac qone teneas bm Jac.de bel. Nico.de nea.et bal hic q ista portio dfecta accrescat vasallo et no dno.et sic in effectu totu feu.ptineat ad ipm fratre supueniete p.l.cu liberto.ff.de bonis liber.et.ff.d otrahe.emp. .l.fundus ille.et.ff.queads.serui.amit.i.l.aqua.na dns 2 factu suu no pt venire.ff.de ser.ru.pdi.l.p fundu.ff.de adop.l.post morte.qd faceret si auferret feu.verutn dicut isti doc.q iste frater vasal.supstes teneat dar extimatione illius ptis sibi aucte dno suo.ar.ff.d leg.ij.l.cu filius in pn.et.ff.ad.l.fal.l.is q quadragita.i fi.et.ff.de libe.ca.l.duobus.et de iureiu.l.si duo. Hac eade sniam tz Jo.an.in addi.Spec.i ti.de feu.sup rub.p.l.quotz.mihi.et.l.quotij.ide.ff.de reg.iur.et extra d verbo.significa.in.c.abbate. Et per rationem viuam qz si teneremus contra vasal.esset dare casum in quo innocens puniret et dns veniret cotra factu suu.hoc ide tenuit Rof.vt ipse refert.lz quida dns Hugo de fontana q disputado plene psecutus est ista qonem no assenserit simplr huic determinatioi.sed distiguedo iter res indiuisibiles tc.que reprobabat ide Joa.an.in dicto loco vbi videas plene per eu. Ex quibus oibus remanet in hac qone oclusio et determinatio i fauore vasal.q supueniens pferat dno. Ego tn limitarem ista coclusione et determinatione nisi ex qualitate psonaz aliud posset iudicari.vt qz ipse dns cocessisset istum feu.ipsis fratribus solu conteplatione ipsius vasalli mortui q erat strenuus miles et mo mortuus.qm isto casu ronabiliter posset dici feu.totu debet ad dominu reuerti cu sit indiuisibile.sed tn dominus dabit extimatione partis ipsi fratri supstiti.ar.l.i.d fuo co.ma. Et hec limitatio e et de mete An.de iser.et videt equuz qzqz in ceteris videat aliter sentire qz senserint supradicti docto. Et mo habes ista qonem vltra ali

Ja.alua.sup feu.

a ¶ Quod sit nouu feudum. adde glo. in ca. scacius.xxiij.q.i.et p doc.i.c.ex parte.extra de feu.

b ¶ No hz locu ius accrescendi. adde Bar.i l.si mihi et ticio ff.de ver.obli.

os declaratā. Itē ꝛ ſcđo limitari poſſet niſi portio dſe cta eſſet maior ꝙ̄ portio ſuperuenientis: q2 tūc maior pars in qua dominus vocatur trabere ad ſe partē mi norem ꝛ dabitur extimatio per dominū de dicta pte minori. argu. C. d dona. l. ſancimus. §. ne aūt. ſm Jac. de bel. ℭ Quero ſubſequenter cum dicta glo. in ver. ſed dicet ꝛc. de exemplo pro declaratione ſupra proxi me qōnis in quib⁹ rebus indiuiſibilibus poſſet con ſtitui feu. Et rñdet iſta glo. exemplificando i ſeruitute ꝛ in ſtatuta ꝛ in ſimilib⁹. ꝛ allegat pro hoc. l. xi. i. §. fi. ff. de lega. iij. Sed tu aduerte pro itelligētia iſtius gl. ne erres vt nō capias ſeruitutes pro vſufructu. q2 tunc non procederet exēplum cū oēs ſeruitutes ſint indi uidue excepto vſufructu. l. i. §. vſuſfruct⁹. ff. ad. l. falci. vnde ergo capias hic ſeruitutē pro vſu ꝛ ſimilib⁹ ſer uitutib⁹ que non diuiduntur. vt in. l. vſus. ff. de vſu ꝛ habi. vt ſunt iura incorporalia ꝛ oīa que cōmode diui di non poſſunt. vt inſti. de offi. iudi. in. §. ꝙ ſi cōmode. vt q2 forte eſt infeudatum ius piſcandi ius vtendi ius cūdi ꝛ ſimilibus. excepto vſufructu. vt. ſ. dixi. facit. ff. de ſerui. lega. l. ſi fundum. ꝛ. l. fi. Item poſſet exēplifica ri in iure patronatus per no. in. c. i. extra de iurepatro. Ad aliō aūt exēplū d ſtatuta. Intelligas ꝙ iſta ſtatu ta erāt affixa ꝛ imobilia i certo loco ne obſtet ſupra d feud. cogni. in. c. fi. Et ex hac ſtatuta pcipiebatur certa vtilitas forte q2 qlibet q volebat ea videre dabat vnū ſolidum prout alibi no. glo. in. l. ſtatue. ff. d vſufruc. Et modo per predicta habes intellectum huius glo. exce pto ꝙ iuxta fi. ipſius glo. ſunt inſcripta huiuſmodi ver ba vz. Et ita decurrere. vt. j. c. feu. enim ꝛc. Que ver ba faciēt te fantaſticare cū non habeāt ſenſuz. vñ ego puto ꝙ aut ſint male ſcripta vitio ſcriptorꝝ: aut volue rit gl. te remittere ad inueſtigādum de dicta materia diuiſibilis ꝛ indiuiſibilis. Sed non bene allegat qm̄ dz te remittere ad nota. p glo. ſ. de inueſti. de reb. alie. fac. in. §. ſed ecōtrario. De qua materia dic plene per Bar. in. l. ſtipulationes non diuidunt. ff. de verbo. ob liga. per Bal. in. l. ſi plures. C. de condi. inſer. ꝛ in. l. p hereditarijs. C. d heredita. act. ꝛ per canoniſtas ꝛ Jo. an. in. d. c. i. de iurepatro. facit etiā quod dixi in. §. pre terea ducatus. j. de prohi. feu. alie. per Fe. ℭ Oppo. ab extra contra proxime dicta ꝙ imo dñs rōne partꝫ defecte trahat ad ſe totum. de leg. ij. C. d co. rerū alie. vbi fiſcus rōne partis quā hꝫ in re poteſt vēdicare to tā ipſam dūmodo det partem ſuā precij illi qui habe bat dñium in alia pte. Sol. ibi propter priuilegiuz fi ſci: vt ibi pz in littera. de quo tū dic per Bar. i. l. i. C. de vendi. rerum. fiſca. lib. x. ℭ Oppo. adhuc circa eā dē mām. q2 in iſtis ſeruitutibus indiuiſibilibus ſicut in via ꝛ ſimilib⁹ quanꝗ̄ frater vnus trahat ad ſe par tem defectā. attamen non videtur ex hoc argumenta re vtilitatem ſuā cum eodem modo vtatur via rōne ptis ſue. Et ſic ſupradicta vident nobis ſeruire de vē to. So. dic ꝙ imo pinguius vtetur vaſal. quāꝗ̄ prius quāꝗ̄ in ſubſtantia omne indiuiſibile videatur inte grum nec ſcindi poſſit. vt. ff. queādmodū ſerui. amit. in. l. nā ſatis. §. ſi vero. ꝛ. ff. cōmodati. i. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. Nā in iſtis ſeruitutibus indiui ſibilibus nō proprie hꝫ locum ius accreſcendi. ſed pro prie loquendo per ius non decreſcendi. l. aquā. ff. quē admo. ſerui. amit. ꝛ. ff. cōmunia predio. l. ꝓpriū. ꝛ te nent Bar. ꝛ Bal. ℭ Op. ꝙ imo portio fratꝛ dfun cti redeat ad fratrē ſuperuenientem ꝛ nō ad dñm: vt probatur in. c. i. in fi. infra de duobus fratri. a capi. in ueſti. Solu. ibi eſt tale pactum adiectū in inueſti. qđ opatur illud. vt ibi pz. put in ſimili. in. c. fi. ſ. de feu. marchie. ℭ Op. d le. i. C. ſi ſocius impialis libe. ſi he re. deceſſerit. Sol. ibi loquitur i alio caſu de iure cōi. non aūt feudali. vt ibi patet. ℭ Quero ab extra an frater ſuperuenīens qui traxit ad ſe partē fratris mor tui in re indiuiſibili ſoluēdo extimationē dño: vt. ſ. eſt ꝯcluſum intelligat hre totā rem i feudū. an vero ſolū portionē ſuā cum aliā ptem emerit. Et rñdeo ꝙ ſolus portionē ſuā quā hꝫ iure ſuo. qm̄ aliā ptem hꝫ per pe cuniam ꝛ non iure feu. ar. ſ. de feu. da. inuicē legis co. in. c. i. ꝛ. ff. de iure do. in. l. cū in fundo. in. §. ſi fundus. ꝛ tꝫ Ja. de bel. ꝛ Nico. de neapo. hic ꝛ Jo. an. in loco Salle. ℭ Quero qualiter fiet extimatio huius portō nis defecte quā frater ſupſtes dꝫ ſoluere dño. Rñdeo ꝙ dꝫ fieri licitatio ꝛ ſm maius preciū oblatū fiet exti matio ſm Nico. de neapo. ꝛ vr ēt aſſentire Andre. d iſer. per. l. i. i prin. C. cōi diui. Et per hāc viā dñs forte poterit ꝯſequi totā rem offerendo magnū pciū qđ ip ſe vaſal. aut nolit aut nō poſſit exburſare. ꝛ ſic ꝙ dñs nō potuit hre per viā directā poterit ꝯſequi per indi rectum. facit ad pdicta qđ hr in. l. ij. ꝛ in. l. quecūq3. C. de fide inſtru. ꝛ iure haſte fiſcalis. ℭ Quero q2 hic dr ꝙ per pactū appoſitū in inueſtitura pōt puideri vt frater ſuccedat fratri i feu. nouo. ſꝫ qd de extraneo vtrum vꝫ qs poſſit inueſtiri eo pacto vt ſibi ſuccedat extraneus. ꝛ Odo. i ſūma ſua ſub rubrica q po. ſuc ce. in feu. quem refert Bal. in. c. ij. ſi vaſal. feu. priue. cui defer. de. dicit ꝙ non q2 ſi eſt ſpāle i fratribus. vt hic patet. Ergo i alijs erit ſecus. l. cum pretor. ff. de iu di. Itē q2 aliter alteri ſtipulari nemo pōt. l. ſtipulatio iſta. in. §. alteri. ff. d ver. obli. qđ admittit Bal. niſi ali quis reciperet inueſti. pro ipo extraneo per no. in. l. hu iuſmodi. ff. de lega. i. ꝛ. ff. de vbo. obli. l. ſtipulatio iſta in. §. ſi quis inſulam. ꝛ. C. de dona. que ſub mō in. l. i. ꝛ in auc. de nō alie. in. §. emphiteoſim. ꝛ. ff. depoſiti. in l. publia. facit ad hoc q2 pactū appoſitū i inueſtitura: ēt ſi ſit ꝯ̄ cōem nām feu. nihilominus eſt ſeruādu3: vt patet. ſ. quid ſit inueſti. in. §. pe. ꝛ fi. ꝛ qđ dixi in. c. i. de feu. non ha. ꝓpriā nām feu. ℭ Ultimo ad mām pre ſentem vide in. §. i. in fi. ſ. d his qui feu. da. po. ꝛ d ſuc ce. feu. in. §. fi. ꝛ in remiſſionibus ibi adductis. ꝛ. ſ. de ꝯten. iter me ꝛ do. de porti. fra. mei in. c. i. ꝛ de feu. mar chie. in. c. fi. ꝛ. ſ. de benefi. fra. in. c. i. ꝛ qđ dixi. ſ. ti. pro xi. in. §. fi. ꝛ. j. eo. in. c. ſeq. ꝛ. j. de duo. fra. a ca. inueſti. in. c. i. ꝛ per Ja. ardi. in ſūma i ti. de ſucce. feu. ſub rubri cella. vbi frater ſucce. fratri. ꝛ i ti. qui. mo. feu. acq. ſub rubricella an frater de parte ſua inueſtitus ꝛc. Ja.

8 **Si duo fratres.** Diuide iſtō ca pitulū i duas ptes. qm̄ i pma feu. fuit ac qſi. gratꝫ vel ex re ꝓpria acqrentꝫ. In ſecū da fuit acqſitū ex re cōi. Scđa ibi: ꝙ ſi. Caſus. Feudū acqſitū per vnū ex fratrib⁹ ſimul habitantibus non efficitur cōe: ēt ſi eſſet acqſitum ex re cōi. niſi ſolū quo ad fructus durante cōione. expenſa tñ facta i acqren do ex re cōi dꝫ reſtitui pro rata cōpetenti. h. d. ℭ In tex. ibi in cōi caſſa. i. domo. nā loquitur ſm vulgare lō bardorꝝ ꝛ italicū ſm doc. Ibi acqſierit: ſubaudi nomie ſuo tm̄ ꝛ nō ex re cōi. vt differat a ſequēti. qm̄ in iſto caſu acqſi. vel gratis ex liberalitate dñi vel ex re ſeu pecunia ꝓpria. Ibi pleriq3. ſ. ſapientes: vt. ſ. de his qui feu. da po. in. §. hoc quoq3. ꝛ. j. ſi de feu. vaſal. fue. ab aliquo interpel. in. c. i. circa mediū. Ibi dicūt. i. rñdent in caſu propoſito ꝛ bene ſm Jaco. de bel. Ibi alium. ſ. fratrē. Ibi poſt mortem eius. Et d hoc nō eſt dubiū. vt. ſ. proxi. c. Ibi fruct⁹ tñ vult dicere ꝙ lꝫ non queratur feu. vtriq3. vt. ſ. fructus tñ ꝛc. Ibi acqſitum. ſubaudi noie proprio ꝛ non cōi. Ibi dicunt. ſ. predicti ſapientes vꝫ vt feu. non ſit cōe: ſed ſolūmō fructus do nec ſimul habitāt. ℭ No. ꝙ ſola habitatio nō iducit ſocietatē. vt hic. ꝛ in. l. cū duob⁹. in. §. ſi frater. ff. p ſo cio. vbi eſt quaſi ſimilis tex. ꝛ in. l. ex parte. in. §. filius. ff. fami. her. Et ex hoc deſcendit ꝙ vnuſquiſq3 fratruꝫ ſimul habitantiū qui noie proprio acqrit aliqd ſibi ac quirat inſolidū. ꝛ hoc tex. ꝑtinet ius cōe hꝫ Bal. Se cus aūt

cus aūt si expresse ɔtxisset societatem:qꝛ tunc oia acqsi ta fierent cōia.l.si iter.ff.pro socio.ꝛ no.in.l.iij.§.i.i eo.ti.qd intelligas verū pterquā in feu. quo casu tria requirant ad hoc vt feu.acqsitum per vnum ex fratribus fit cōe.vꝫ ꝙ simul cohabitent.Item ꝙ sit acqsitū ex bonis cōibus.Itē ꝛ terrium ꝙ dñs qui infeudauit sciat hoc.ꝛ ita no.glo.s.qui feu.da.po.in.§.ꝛ qꝛ super verbo noiatim alias aūt non efficeret feu.cōe per istū tex.Ibi ne forte inuitus ꝛc. sed bene deberet ɔtribui extimatio.vt hic in fi.ꝛ ar.s.de inuesti. de re alie. fac. in prin.ꝛ qd dixi.s.in.c.pxi.facit qd dixit Bal. in.l. si socius.ff.si cer.pe.ꝛ ad predicta vide qd dixi.s.d bene.fra.in.c.i.in vlti.no.Utrum aūt fratres viuendo i cōi ad vnā mensam.ꝛ cōicando bona vicissim videātur ɔtxisse societatem.dic plene per Bal.in.l.i.C.q testa.fa.pos.ꝛ per Bar.in.l.ticium ꝛ meuiū.i.§.altero. ff.de admi.tu.ꝛ p doc.in.l.si patruus.C.cōia vtriusqꝫ iudi.¶ No.ꝙ qui viuunt ad vnū panē ꝛ ad vnū vinū debēt iuicē cōicare redditus ꝛ pventus pprios ꝙ admittit Bal.dūtaxat vsqꝫ ad necessitatē victus. qm̄ si aliqd supesset vltra necessitatē eēt dñi.ꝛ adducit sic de fructibus pvenientib⁹ ex rebus parafrenalibus vxoris in qbus si aliqd superest qd non sit ɔsumptū dꝫ ptinere ad ipsaꝫ vxorē per ea q̄ no.in.l.vbi.C. de iure do.ꝛ in.l.fi.C.d pac.puen.ꝛ dicit Bar.ita cōsuluisse.¶ No.ꝙ nemo cōpellit inuitus vasallū acqrere d quo videas qd dixi in.c.si quis decesserit.ꝛ i.c. bñficiū.ꝗ.si de feu.fue.ɔtro.ꝛ.s.ql.olī po.alie. feu i.§. i.An aūt dñs cōpellat recipe substitutū sibi datū per vasal.ad seruiendū dixi in.d.c.si qs decesserit.ꝛ i.c.q clericus.in eo.tit.ꝛ in.c.i.an mutus vel aliter ipfectus. ꝛ.ꝗ.q̄ fuit pma cā bñfi.amit.in.§.sed nec alia .ꝗ. de prohi.feu.alie.p fe.in.§.firmiter.¶ O p.cū glo .i.de no. p glo.s.q feu.da.po.in §.finaūt.vbi numerant plures casus i qbus acqsitū de pecunia aliena intelligit esse illius cuius erat pecunia.Hic aūt dr ɔtrū quar male. So.itelligas ꝙ hic iste frater acqrebat noie pprio.lꝫ ex pecunia vel re cōi.qm̄ fm regulā nō debemus ɔsiderare ex cuius pecunia emat.nec vñ pueniat pecūia postqꝫ noie pprio acqsiuit.l.ad pbationē.C.d pba.ꝛ de rei ven.l.si ex ea.cū si.Sed ista regula fallit i casibus ibi no.i ɔtrio qui colligunt ex versibus ibi descriptis.ꝛ dic vt ibi dixi.Et h voluit tota ista gl.vsqꝫ ad fi.Sed aduerte bñ ad hāc glo.qꝛ qꝫqꝫ i se bñ loquat tn̄ iudicio meo.qꝛ est signata sup pma pte huius capituli nō vr ꝙ bñ ꝛ cōgruēter se referat ad tex.huius prime partis q̄ loqtur qn̄ feu.est acqsitū de ppria pecunia ipsius vasal.ꝛ cuꝫ glos.ista presupponat ꝙ fuit acquisitum i ista prima parte de pecunia communi. Et ideo melius stetisset signata in secunda parte huius capli.vbi pprie de pecunia cōi fuc.feu. acquisitū. ¶ O p.cū gl.scda ꝙ imo fructus feu.nō sint cōes de l.fori.C.d aduo.di.iudi.vbi dr ꝙ frater nō tenet cōicar alteri fratri.id qd acqrit ex peculio qsi castrēsi.Feudū aūt hꝫ silitudinē cū qsi castrēsibus p.d.l.fori.igit ꝛc. So.dicit gl.fatēdo ɔtrū eo casu qn̄ feu.esset acqsituꝫ ex pecunia ppria acqrētis.qꝛ tūc cōicent fructus fratri cū sua nihil intersit postqꝫ i acqrendo nihil de suo cōtribuit.vt in primo casu hui⁹ capli.sed vbi est acqsitum feu.de cōi.tūc fructus debent esse cōes. Et hoc voluit ista gl.vsqꝫ ad fi.q̄ tn̄ meli⁹ staret signata i secunda pte huius capli.Et pro itelligentia huius glo. eliciamus ex ea tres conclusiones tales.quarū prima sit ista.Quod vbi vnus ex fratrib⁹ acquirit feu.de cōmuni pecunia.ꝛ nomine proprio. licet ipsum feu.non efficiat cōe tn̄ cōmunicant fructus. Secunda conclusio est ista ꝙ acqrēs feu.de bonis pprijs sine aliquo interesse fratris sui non cōmunicat dicto fratri ipsum feu.neqꝫ fruct⁹ ex dicto feu. Tertia ɔclusio est ista ꝙ feu.est pkculium quasi castrēse. Uideamus modo intellectum circa quālibet conclusionē an procedat. Et primo quantum ad primam dico ꝙ est vera.qꝛ casus est in isto capitulo in secunda parte.Et eā firmat hec glo.in sui prin.ꝛ clarius in glo.precedenti.¶ Nec obstat huic conclusioni.l.si patruus.C.co.vtri.iudi.ꝛ.l.si fratres.in prin.ff.pro socio. In quibus aperte dicit ꝙ acquisitum nomine proprio ex commum pecunia non cōmunicat in aliquo qꝛ fm Ja.de bel.ꝛ Nico.de neapo.debemus intelligere tex.nostrum ꝛ conclusionem supradictam procedere eo qꝛ ita dictabat consuetudo feudalis.vt fructus essent cōmunes.vt hic. Alias autem secus vt in contrarijs.Sed qꝛ ista opi.seu solutio satis diuinat ꝛ videtur esse contra mentem gl.Jō dominus Bal.volens euitare dicta ɔtraria soluit ꝙ in tex.nostro fructus non sunt cōmunes ratione fraternitatis.vel ratione cōmunis habitationis.sed ratiōe cōmunis mense.Ita dicit ipse.Sed mihi videtur ꝙ etiā ratione habitationis hoc fuerit institutum.vt patet expresse in isto tex.qui dixit donec simul habitauerint q̄re vtraqꝫ solutio simul iūcta potest substētari ad tex. nostrum hoc modo.vꝫ ꝙ ideo hic fructus cōmunicantur ex eo ꝙ concurrunt omnia ista tria. vꝫ communis habitatio communis mensa.ꝛ quia fructus ex feu.proueniunt.Et est ratio quia postquam stant simul videtur vnus alteri dare auxilium.vt dixit Inno. in.c.continentia.extra de cleri.percus. vnde pinguius vr cōsultum domino si stant simul quaꝫ si separatim.Et ideo in remunerationem fructus cōmunicantur.Et pro cōfirmatiōe huius solutionis facit qd dixit Bal.vt iter fratres simul viuentes ad vnam mensam fiat cōmunicatio fructuū vsqꝫ ad necessitatem etiam in rebus nō feudalibus quod est fortius.prout dixi supra in secundo notabili.Facit etiā ad hoc qd ideꝫ Bal. dixit i.l. fi.C.d col.vbi expresse tenet ꝙ si vnus ex fratribus cōsumpsit fructus suos aduenticios in cōmuni mensa.ꝛ postea velit repetere ꝙ nō pt.Et si diligenter aduertatur ad iura supra in ɔtrium allegata nō contradicūt in fructibus qui ɔsumuntur i mensa cōmuni. Et hec qꝫtum circa primā cōclusionē dicta sufficiant. ¶ Ueniamus nunc ad declarationem scdē cōclusionis an pcedat.Et videretur primo dicenduꝫ ꝙ sic pex tex.i.l. cum oꝫ.in.§.i.C.de bo.qꝫ libe.vbi patet ꝙ nedū pueniencia ex peculio quasi castrensi.sed etiam ex peculio aduenticio non cōmunicantur inter fratres. igit ɔclusio vera.Secundo qꝛ ista gl.in secūda sui parte ipsam firmat.Tertio qꝛ An.de iser.Ja.d bel.ꝛ Nico.d neapo.ipsam sequi videntur.In contrariā puto dicendū vꝫ ꝙ imo acqrens feu.d bonis pprijs sine aliquo interesse fris sui nō cōicat feu.sꝫ bñ cōicat fructus ex dcō feu.Et pbo primo per istum tex.in prima pte:q ita intelligitur:vt dixi.s.in diuisione littere. Secūdo ex auctoritate istius glo.in sui prin.dū dixit maxime ꝛc.quasi voluerit dicere ideꝫ si ex pecunia propria.Tertio qꝛ ita ēt senserunt supradicti doc.in eoꝝ diuisione.Quarto moueor per allegata per Bal.ꝛ doc.Moder.i.d. l.fi.C.de colla.de quibus.s.circa aliā conclusionē feci mentionem. Non ob. d.l.cum oꝫ.in.§.i.qꝛ respōdeo vt.s.dixi ꝙ cōmunis habitatio ꝛ mensa ꝛ natura feudalis hoc operentur.Intelligēdū tn̄ vt puto iuxta mētem Bal.vt in isto casu dicti fructus non cōmunicentur:nisi vsqꝫ ad necessitatē per ea que supradicta sunt. Et hec sufficiant circa scdam ɔclusionē. Accedamus ad tertiam.¶ Et pro ipsius declaratiōe reuoco i dubium.vtrū feu.sit peculium castrense. vel quasi castrēse vel aduenticiuꝫ.ꝛ rñdeo fm Ja.de bel.Nico.d neapo.ꝛ Bal.ꝙ aut dñs dedit feu.militi qui fuit i bello. vt qꝛ fuit strenuus ꝛ probus.ꝛ tunc erit castrēse.ar.ff. d castrensi peculio.l.si castrense.ꝛ.l.forte.Si vero alij ꝛ non eo respectu.ꝛ tunc si dominus habet districtuꝫ vel iurisditionem.prout no. ꝛ dixi.s.qui.mo.feu.amit.

in.§.penul.⁊.§.fi.⁊ tunc feu.potest dici quasi castrēse. qꝛ ex publico acquisiuit vasal.ar.C.ð inoffi.testa.l.fi.⁊ ð offi.asses.l.veluti.⁊.d.l.fori. aut vasal. acquisiuit feu. ab alia persona non habente iurisditionem seu distri ctum.⁊ tunc feu. erit aduenticium ⁊ non castrense:vel quasi.⁊ hec est cõmunis sententia omnium scribētiũ. ¶ Oppo.cum glo.iij.ꝙ immo feu.acquisitum de pe cunia cõmuni per vnum ex fratribus intelligatur acq situm etiā alteri fratri. vt probatur in.c.i.s̃.de be.fra. So.intelligas istum tex.quando dominus ignorabat feu.acquiri.de pecunia cõmuni. Secus autem si sciuis set.qꝛ tunc procederet cõtrarium:⁊ in eo succederet ẽt frater fratri.vt ibi patet.⁊ per hoc habes totam istaȝ glo.expeditam que bene loquitur.vt dixi in contrario in vltimo notabili.⁊ in prima questione vbi assignaui rationem.¶ Quero cum glo.fi.quo iudicio fiet resti tutio fratri circa partem expense adhibite in acquirē do feu.Et respõdet gl.ꝙ si iter eos fiat diuisio vniuer salis totius hereditatis.⁊ tunc per iudiciũ familie her ciscunde fiet restitutio illius partis expense.Si vero fi at diuisio inter eos solũ singularium rerũ. ⁊ tunc per iudiciuȝ cõmuni diuidũdo fiet restitutio.l.si patruus .C.cõmunia vtri.iudi.⁊ hec fuit intentio huius gl.que bene loquitur.vt no.glo. super rubrica.C.cõmuni diui dundo.¶ Opp.ab extra dupliciter. ⁊ primo ꝙ istud capitulum non sit fundatum sub cõgruo ti.cõtra.§.q- hꝰ.C.de nouo codico cõpo.qð pȝ qꝛ vnus tãtũ frater existit inuestitus:⁊ tamen rubrica ista presupponit plu ralitatem inuestitorũ. Secundo qꝛ videtur esse ð idũ bitabili cũ feu.non acquiratur:nisi inuestitura aut suc- cessione:vt.s̃.de feu.cogni.in.c.ij.in fi.Sol. ad vtrũqȝ cõtrarium dic ꝙ possibile erat ꝙ per inuestiturā vni- us etiā alter intelligeretur inuestitus in ꝯñam.vt pȝ in casibus expressis in.d.c.i.de benefi.fra.nam etiam per aliam personā potest quis consequi inuestiturā.vt.s̃. per quos fiat inuesti.in.§.sed vtrum.¶ Quero ab ex tra.qꝛ supradictum est ꝙ feu.interdum censetur aduē ticium.an si filius habeat tale feu .vtrũ pater habeat vsũfructum in eo.sicut in ceteris bonis aduēticijs per l.cum oȝ.in.§.i.C.de bo.qꝫ libe.⁊ Ja.de bel.quem seq tur Nico.de neapo.tenet indistincte ꝙ nõ ea rõne.qꝛ iõ dat̃ feudũ vasal. vt fructus pcipiat ⁊ inde seruiat. vt.j.in qui.cau.feu. amit.in.§.fi.⁊ in auc. vt liceat ma. ⁊ auie in.§.i.⁊.ff.de serui.l.si cui. Idem tenuit An.de iser.s̃.de his qui feu.da.po.post prin.⁊ facit pro hac p te.l.iij.§.si quis.ff.de minoribus.In ꝯriũ facit.d.l.cũ oȝ.§.i.⁊.l.fi.C.de vsufructu.⁊.ff.de le.iij.in.l.his vbis. in fi.⁊ in isto tex. Quare putarē posse sic distingui ꝙ aut querimꝰ vtrum pater velit habere vsũfructum in eo feu.ex priuilegio paterno.prout hȝ in ceteris bonis aduenticijs filij.⁊ tunc dicendum ꝙ non debeat habe re.⁊ ita intelligantur supradicti doc. per iura ⁊ rõnes quas allegant.facit.l.cũ multa.C.de bonis liber.⁊ qð no.in.l.i.C.de offi.metro.he.li.xi.⁊ i auc.de rest.⁊ ea q̃ pa.in.§.si vero.⁊ qð habet̃ in.§.fi.de iudi.li.vi. Aut q̃ rimus si pater simul habitat in eadem domo. ⁊ mēsa cũ filio suo q hȝ dictũ feudũ aduenticiũ. ⁊ tũc dicen- dũ ꝙ illi fructꝰ sint cões etiā patri per istũ tex.q ꝗꝙ loquat̃ de fratribꝰ tñ eadem vr̃ maior rõ militat i pa tre.qꝛ est priuilegiator de iure cõi ad filiũ ꝗ frater ad fratrē:vt in.d.l.cũ oȝ.i.§.i.Et forte ẽt hoc vr̃ fuisse ð mente predictoꝝ doc.dũ oppo.ð isto tex. ⁊ nõ soluũt. de quo tñ dic vt ibi per bal.q dictā qõnē format ⁊ la te prosequtur.vbi plene videas.¶ Quero qd si frater clericus ꝑbendatus habitat simul cũ alio fratre lay co.an clericus teneat̃ ꝯferre suũ peculiũ. Et vr̃ ꝙ non qꝛ est redactũ ad instar peculij q̃si castrēsis. Et hãc sniam vr̃ tenere Bal.in.l.sacrosancte.C.de epi.⁊ cle. vbi dicit ꝙ ẽt patri ñ teneat̃ ꝯferre.Sȝ hoc intellige rē verũ.nisi vltra rõnē cohabitatiõis esset ẽt rõ cõmu nis mense.qꝛ tunc putarem ꝙ conferre debeat vsqȝ ad necessitatem p ea que iam supra dicta sunt.Et ad duco rationē.qꝛ si frater suus laycus tenetur sibi cõ ferre.vt.s̃.dictum est.eodem modo ⁊ ipse teneat̃ ꝯfer re suo fratri layco vt sic a pari ꝓcedant.facit tex.s̃.ð alie.feu.in.§.i.ibi ecclesia cultrix ⁊c. ¶ Quero quid

a in fratribus rusticis[a] simul habitantibus ⁊ laboranti bus in cõi quoꝛuȝ vnus hȝ plures filios ad laborādũ quā alter ⁊ aliqd acquirant q̃liter inter eos fiat diui sio.vide per Bal. in.l.i.C.pro socio.⁊ per Saly.i.d. .l.si patruꝰ. ¶ Ultimo ad mãm presentem. vide qð dixi in.d.c.i.s̃.de bene.fra.vbi aperitur intellectus hu ius capituli.⁊ in copiosis remissionibꝰ ibi adductis: ⁊ qð dixi.s̃.in.c.xxi.⁊ per Bal.i.d.l.si patruus.⁊ in .l.cum oȝ.per Bar.in.l.ticium ⁊ meuiũ.in.§ altero ff.de admi.tu.⁊ i specu.de iudi.in.§.sequitur .ver. qd si duo fratres cum seq.vsqȝ ad fi.§.⁊ per Ja.de ardi. in ti.de succes. feu. sub rubricella.de collateralibus in .§.item succedunt. Jaco.doc.

a ¶ Quid i fratribus rusticis. Adð ang.ð are. in.§.actionũ.in sti.de actio.

¶ De inuesti.ꝗ ticius accepit a sempronio. Rubri.

¶ Hec rubrica fuit addita hic a glosatoribꝰ. qꝛ oliȝ nulla erat hic rubrica.sed erat capl'm tm̃ posituȝ sub rubrica precedenti.vt ibi dixi.Et hoc qð voluit dicer̃ glosella hic posita.Sed aduerte qꝛ ista rubrica vr̃ de fectiua.⁊ ideo supplenda est per nigrum.⁊ sic erit p fecta.Nam licita est talis supplectio:vt no.gl.in auc. de incest.nup.in.§.i.Gaudēt eni breuitate Moder. vt dixi in.l.i.ff.qð me.cau.⁊ i simili dixi .s̃. hic potest esse ti.qui succes.tene.super rubrica.Et continuat̃ iste ti.cum precedentibus hoc ordine:qm̃.s̃.ti.ij.visum est qualiter succedatur in feu.paterno tam per descendē tes quā per collaterales.Et subsequenter.s̃. ti.xxi.de claratum est an in feu.nouo.habeat locum successio i ter fratres.Uerũ qꝛ poterat dubitari an maritus suc cedat in feu.vxoris prout de iure cõi fit in alijs bonis non feudalibus:vt in.l.i.cũ auc.ibi posita.C.vnde vir ⁊ vxor. Et ꝓ tãto vt tollat̃ predicta dubitatio suppo situs fuit iste titu. Jaco.

Empronio.

Maritus i feudo nõ succedit vxori morienti sine filijs.hoc di
a cit.¶ In textu ibi legitimi. hoc ideo
b dicit qꝛ nãles non succedunt in feu.[b] vt.j.si de feu. fue. contro.in .§. natura les.Ibi mascul. hoc intelligitur ẽt si non esset expressũ vt.s̃.de alie.feu.in.§.⁊ si clientulus. Ibi inuestita fuit Et hec inuestitura ē potius cõfirmatio inuestiture an tique:qꝛ per eā nihil tribuitur de nouo. vt dixi .s̃. per quos fiat inuesti.in pñ.⁊.j.q̃ fuit pria cã benefi. amit. in prin.Ibi in dotem dedit qð an ⁊ qualiter possit fa cere statim dicam.¶ No.hic tex.expressuȝ ꝙ mulier potest dare in dotem feu.suũ.Quod intelligas veruȝ dũmodo non det estimatum neqȝ apponat aliqð pa ctum de lucrando.⁊ ita intelligat̃ iste tex.⁊ in.c.i.j.de eo qui sibi here.qȝ suis mas.⁊ femi.de quo late scripsi ⁊ declaraui vltra alios in.§.donare.s̃.qualiter oli feu. potest alie.vbi videas i quinta oppositione.¶ Not. ꝙ in feudali mã nõ hȝ locũ titulus.C.vnde vir ⁊ vxo. neqȝ auc.ibi posita.⁊ tenet Ray.⁊ cõiter doc.i.d.ti.⁊ dixi.s̃.an mari.succe.vxo.in.c.i.hic allegato in glosel la.ij.h posita.Ex quo capitulo sumit alia glosella pri ma hic posita argu.ꝙ istud capitulum.aut nullā aut modicā videatur habere dubitationem cum ibi sit ca sus.Et ꝯñr dicit ꝙ hic nihil aliud est addendũ.nisi ꝓ ut in.d.c.i.an mari.succe.vxo.dictũ est.Et per hec ha bes dictas duas glosas hic positas expeditas que ni hil aliud faciũt.Uerũtũ tu potes elicere drĩā iter istũ ti.⁊ illum ne videatur superfluitas.quoniam ibi latiꝰ declarauit

b ¶ Naturales nõ succedunt in feudũ.adð bar. in.l.ex facto.in .§.si quis roga tus.ff.ad trebel. Bar. in auc.si quas ruinas.C. de sacrosan.eccl. ⁊ ibi Bal. bal. in.c.q̃ in ecclesia rum de consti.

declarauit mām presertim addendo q maritus bene posset succedere in feu. vxo.qn̄ hoc esset cautum in inuestitura.vt ibi.de quo tn̄ hic nullam fecit mentionē. Preterea ex variatione casus pōt elici varietas inter istum titulū ꝛ illum. Nam hic feu.fuerat p̄rnum.vt ex littera pꝫ. Ibi autē pōt dici q fuerit nouū. ¶ Quero ab extra.qꝛ hic dr̄ q maritus non succedit vxori in feu.quid econtra an vx.succe.marito. dic q non mul tominus:vt.§.de inuesti.ō re.alie.fac.c.i. in fi.ꝛ tꝫ Ja. ardi.in summa in ti.de suc.feu.sub rubricella maritus non succedit vxori. ¶ Quero quid si vxor donat feu. suū marito an ipse marit⁹ debeat seruire p vxore rōne dicti feu.ꝛ dic q sic.ar.in.l.ij.C.qui veni.eta.ꝛ.C.ō natu.libe.in.l.si quis.in fi.ꝛ in auc. qui.mo.na.effi. sui. in.§.si vero ab initio.ꝛ tenet idem Jac.ardi. in ti.qui. mo.feu.amit. sub rubricella excusatur propter sexum. ¶ Ultimo ad mām an marit⁹ succedat vxori in feu. videas alia plura:que dixi in.d.c.i.an maritus succedat vxori in.§.fi.§.qualiter oliꝫ feu.po.alie.ꝛ per doc. in.d.ti.C.vnde vir ꝛ vxor.ꝛ per Jaco.ardi.in loco.§.al legato.de succe.feu. Ad materiam vero an dos possit constitui in re feudali.vide qō dixi.j.de probi.feu.alie. p Fe.in prin. ꝛ lati⁹ in. d.§.donare.§.qualr olim feu. po.alie.facit.c.i.j.de eo q sibi here.qꝫ suis ꝛc. Jaco.

¶ De vasallo decrepite etatis. Rubrica.

¶ Olim nulla erat hic rubrica:sed cōprehendebatur iste ti.sub ti.ij.§.proximo.Uerū postea fuit adita hic ista rubrica a glosatoribus:vt ibi dixi sup rubrica.vbi videas.Et hoc est quod voluit dicere glosella hic posita.Et continuari dꝫ ista rubrica ad precedētes hoc ordine.qꝛ.§.in dicto ti.ij.visum est an in feudo nouo fratres vicissim sibi succedant. ꝛ subsequenter in ti. precedenti visum est similiter de materia ipsius successiōis feudorū an vꝫ maritus succedat in feudo vxoris. sed qꝛ iuxta predicta poterat dubitari an feu.refutatū in manibus dn̄i remaneat nouū vel paternū inter filios refutantis.ꝛ per p̄ns vtrum ipsi filij refutantis q sūt inter se fratres possint vicissim in dicto feu. succedere. Et ideo vt tollaꝛ predicta dubitatio suppositus ē h iste ti.vbi predicta declarātur.

Uidas. Feudū refutatū per patrē cū cōditione vt filij sui inuestianꝛ remanet feu. pater q num. ꝛ ideo dicti filij ibi vicissim succedunt.h.d. Premitte pro euidentia qō sit feu. nouum. ꝛ qō sit paternum. vt dixi.§.de gradibus in.§.bis vero.in secundo notabili .nam respectu primi acquirentis intelligiꝛ nouū. donec est apud ipsum:postea eo mortuo inter omnes descendentes suos qui ad illud vocantur erit ꝛ cēsebitur feu.paternum.Et sic feu.quod fuit nouū apud patrem meum erit paternū apud me . vt patet ibi.ꝛ.§. de natura succes.in.c.i.Item scias q in feu.nouo succedunt solum descendentes acquirentis. In feu.aūt paterno succedūt etiam transuersales dummodo descēdant a primo acquirente . vt dixi.§.cui feu.da.po.in .§.ꝛ qꝛ.in vltimo notabili.¶ In tex.ibi decrepite eta. a que etas^a decrepita intelligitur cū excessit annos.lxxx. ꝛ est vltima etas ꝛ finitur spacio centum annorū .l.fi. .C.de sacrosan.eccle.ita dixit Cy.in.l.senium.C.qui re stamē.face.pos.facit quod no.in prohemio sexti libri. b Et distinctiones etatum^b vide per no.infra de pace iu ra.fir. in prin. Intelligas tamen q istud non importat aliquod ministerium iuris in casu nostro.qꝛ idem esset si non fuisset in ea etate decrepita.sꝫ ita accidit ō facto.Ibi ad hoc refutauit.i.cū ea cōditione q sequtur Ibi de eodē bn̄ficio.i.tāq̄ paterno.Ibi inuestiret.subaudi qui dominus ita fecit qꝛ eos inuestiuit.Ibi here de legitimo.i.filio masculo.vt.§.ō feu.alie.i.§.ꝛ si dicē tulus. Ibi dicentem:subaudi ꝛ alterū fratrē nō debere succedere:qꝛ est nouū. Ibi cōtendentē. subaudi ꝛ iō se debere succedere.Ibi paternum eē.subaudi ꝛ iō frater succedit tanq̄ agnat⁹.¶ No.q lꝫ feu.sit deuolutū ad manus dn̄i per refutationē vasalli cū cōditiōe vt filij inuestianꝛ.tamen non alteraꝛ nā feu.nec preiudicatur ipsis filijs in succedēdo sibi vicissim.vt hic.ad qō facit.c.i.de re . permu.lib.vi.vbi resignatio beneficij libere fcā.ꝛ sine fraude in manibus epi. vt subseqtur permutatio non aperit viam expectāti p̄mā vacaturam.qō est not.dignum.¶ No.q noua inuestitura facta per dn̄m virtute antiq̄ non tollit vigorē venientem ex antiqua.facit.c.i.in.§.i.de suc.feu .Nam subrogatū assumit sibi pristinam q̄litatem.l.si eū.§.q in iuriarum.ff.si quis cau.ꝛ.ff.de donationibus inter virū ꝛ vxo.l.si donate.§.i.ꝛ per Innocē.ꝛ canonistas i .c.ecclesia.extra vt lite pen.¶ Op.cū glo.de.c.i.j.de eo qui finem fecit agnato.vbi dicitur q feu.non remaneat paternū . sed censetur nouum si ipsa refutatio sit facta realiter.vt omnino excludaꝛ a feu.vel ēt fcā conditionaliter.vt fiat reinuestitura tāq̄ ō feu.nouo. Hic aūt dicitꝛ q remanet p̄rnum.igitur ꝛc.So .dicit glo. qō istud capitulū sit intelligendū ſm illud vꝫ q feu. remanet paternū q̄n refutatio est facta cū ea conditione vt filij inuestiātur.vt hic.Sed si fiat refutatio supradictis modis : tūc feu.erit nouū per nouā inuestituram:vt ibi dūmodo appeat de consensu illorū ad quos feu.predictum erat reuersurū :vt no .§. qui.mo. feu.amit.in .§. preterea . Et hoc voluit ista glos.vsq̄ ad ver.huic simile est ꝛc.q bene loquiꝛ. Utrū aūt refutatio possit fieri in preiudiciū alteri⁹ q habet ius in re vide qō dixi in.§. rursus.§.qualiter oli feu .po. alie. ¶ Op.subsequenter cū.d.glo.in dicta parte q istud capitulū sit de indubitabili ꝛ seruiat nobis de vento ꝭ.l.q labeo.ff.ad carbo.ꝛ.l.ancille.C.ō furtis.qō patet cum nemini debet esse dubiū q talis refutatio seu pactū adiectū in refutatione : vt quis retro inuestiatur nihil operatur neq̄ parit preiudiciū.sicut videm⁹ per exemplū in solutione facta cum conditione vt nū mi restituanꝛ.quoniam q soluit vt repetat nihil agere videꝛ.vt.l.q sic.ff.de solutionib⁹ . Et hoc voluit dicere ista glo.vsq̄ ad finem q̄ aliter non soluit ꝯriū. Sꝫ vr̄ acqescere dicto cōtrario vꝫ vt tale pactū siue refutatio nihil operenꝛ.Sed tu intelligas istā glo. ꝛ contrariū procedere quando nihil in refutatione eēt adiectum de nouo:nisi vt reinuestiatur:sed si aliquid adijciatur de nouo.vt fuit in casu nr̄o vbi fuit adiecta conditio.vt filij reinuestiātur.tūc facit dubitationē. Nō solū propter nouitatem inuestiture.sed ēt ꝑpter adiectionem.ꝛ nouitatem aliarū presonarū argu. in .l. cū valerian⁹.ff.de p̄to.sti.ꝛ.ff.iudi.sol.i.l.cū apud.ꝛ.ff.lo cati.l.cū i plures.§.lege dicta.Sed rō decidendi fuit multiplex. Primo qꝛ refutatio non fuit simplex . sed vt de eodē beneficio inuestirenꝛ filij. vt dicit ista littera de eodem.i.tāq̄ de p̄rno.Secūdo qꝛ ipsi filij viuēte patre refutante habebant ius in ipso feu.ꝛ dn̄o quodāmodo censebanꝛ. vt no.glo. in.c.fi.§.de cogn. feu. quoniā etiā a prin.in acquisitione ipsius feu. fuerat ꝑ uisuꝫ etiā ipsis filijs.vt probatur.j.de duo. fra.a capi. inuesti.in.c.i.ꝛ no.per glo.§.qui.mo.feu.cōsti.po.in.c. i. Merito eorum pr̄ non potuit refutare i eorū preiudicium.nisi ipsis consentiētibus. vt declarauit ista gl. in sui prin.Et per ista nunc habes intellectū huius capituli.cum glo.sua.¶ Quero ab extra an inuito dn̄o posset vasal.refutare sibi feu.dic vt no.ꝛ ibi plene hāc questionem examinaui in.c.fi.j.de ca. qui curi.vendi. ¶ Quero quid si vasal.feloniā cōmittit ꝑpter q̄ venit feu.priuandus ꝛ feu. applicandū dn̄o. qō quando sit dixi.j.q̄ fuit prima cā benefi.amit.in.§.fi.in conclu Ja.alua.sup feu.

a ¶ Que etas. Adde ō istis etatibus. Adde gl. in.l.hereditatuꝫ ff.ad.l.falci. gl. ꝛ Bal.i.l. fi.C. ō infanti. expo. Cy.i.l.si infanti.C.de iure deliberanꝛ.bal. in repe.c.si pater. de testa.lib. vi. Jo. de ana.in rubrica.ō delicti pue.

b ¶ Et diffinitiones etatum . Adde glos. magna i verbo per fecti.l ꝑhe.li.vi.

sionib⁹ ⁊ dñs ei remittat dictā culpā an feu.situm remaneat antiquū prout primo erat vel efficiatur nouū. Et glo.in.l.qđ dr̄.ff.đ impensis.tenet ꝙ remaneat antiquū ⁊ non fiat nouū.ita ꝙ moriente vasal.agnati admittant̄ ad dictū feu.quam glo.sequitur ibi Py.⁊ adducit corroborationē tex. nostrū in presenti capitulo. vbi dicit esse casum. Sed tu dic ꝙ iste tex.modicū facit q̄ꝛ loquit̄ in vasallo refutante sub ꝯditione.vt filij inuestiantur.ita ꝙ feu.remanet in sua nā.sed quantū ad supradictā qōnem q̄ ibi tangitur ⁊ in.l.peculiū.i.§.si here.ff.de pecu. reperio Ray. ita determinasse ⁊ mihi placet.vꝫ q̄ꝛ aut dominus traxit feu.ad se aut non. Primo casu postea restituendo vr̄ nouū feu.concedere.⁊ sic agnati tūc non succederent. Secūdo casu bene succederet tanq̄ in feu.antiquo. facit.l.si noxali. in §.est aūt.ff.de pecu.⁊ quod no.glo.j.đ probi.feu.alie. per Fe.in.§.super. in gl.ij. ⁊ qđ ibi dixi. vbi etiam dicit Bal.ꝙ si vasal. delinquēs esset ipso iure priuatus. tūc intelligeretur esse feu.nouū. ar.ff.de secū.tabu.in l.qui ex liberis in.§.testō.finaūt feu. nō esset ānihilatū.ſꝫ ānihilādū. ⁊ tūc remanet ātiquū.ar.ff.đ le.iij.l. q̄situ.§.illud.q̄ꝛ nō ē adita noua forma.vt.ff.đ iusti.⁊ iu.l.ius ciuile.⁊ quod no.in.c.is qui.de preben. lib.vi. Sed đ hac qōne dic plene per docto.in.d.l.qđ dr̄.⁊ j.§.si here.⁊ per And.đ iser.hic.⁊ vide qđ dixi.j.hic fi.lex.in prin. ¶ Quero qđ si detur feu.nouū cū hac conditione.vt habeat nām antiqui ⁊ censeat̄ feu. antiquū an isto casu intelligat̄ antiquū. Dic ꝙ sic vel saltē nouum hñs nām antiqui.ar.ff.de dona.ca. mor.l.§.aliená.in fi.⁊.l.senat⁹.§.mort.⁊ ita tꝫ Ja.ardi.i sūma i ti. nouū non paternum sub rubricella prima. facit q̄ꝛ pactum adiectum in inuestitura est seruandū ⁊ alterare pōt cōem naturā feu. vt.s.qđ sit inuesti. in.§.pe.⁊ qđ dixi.s.de gradibus.in.§.i. Quid aūt in prelato inuestiente tanq̄ de feu.veteri ⁊ antiquo an p̄sumat̄ antiquū.dic ꝙ non in dubio.sed potius circūuentio. vt.ff. de proba .l. q testamentum cum simil.b⁹. nisi probet̄ contrariū vel interueniat solēnitas requisita per no.in auc.hoc ius porrectum.C.de sacrosan .eccle. de qua q̄stione vide latius per Bal.in preambulis feudorū in sua diuisione tertia feudoꝝ. ¶ Ultimo ad materiam presentem vide plura alia q̄ dixi.j.de alie. feu.pa.in.c. i.⁊ j.in ti.an agnatus vel filius ⁊c.in .c. i.⁊ j.si de feu. fue.contro.in.c.fi.⁊ qđ no.glo.in.c.i.s.ipera.lotha. ex ge.pa.⁊ qđ ibi dixi.⁊.j.de eo q finem fecit agna. in .c. i.⁊ in remissionib⁹ ibi adductis.⁊ in.c.i.de vasal.qui ꝯtra cōsti.Lo.feu.alie.⁊ per Bal.in.l.q se patris.C. vnde liber.⁊ in.l.i.ff.de rerū diui.in.q.xv.⁊ in.l.si in ꝑsonam.C.de fideicō.⁊ plene per Ja.ardi.in sūma i ti. qui.mo.feu.amit.sub rubricella si vasal. feu. dño refutauerit.⁊ rubricella seq.⁊ in ti.de succe.feu.sub rubricella qñ vasal.refutat feu.vet. Jaco.

¶ De inuestitura in maritū facta. Rubrica.

¶ Olim non erat hic aliqua rubrica.q̄ꝛimo nec erat capitulū. sed.§.comprehensus sub caplo precedenti. Postea a glosatorib⁹ fuit posita hic ista rubrica.vt .s.de fra.đ no.he.inuesti.super rubrica.⁊ per hoc intelligas nūc qđ voluerit dicere glosella hic posita dū dixit alias non est hic caplm.sed.§.tm̄. Et cōtinuat̄ ad rubricam precedentem hoc ordine.qm̄.s.pxi.ti.visūꝫ est ⁊ declaratū an feudū iudicet̄ paternū vel nouū qñ contentio vertit̄ inter dñm ⁊ agnatos vasalli.vt in casu.s.proxi. Nūc vero declarare intendens aliū casum ad cognoscendū similiter vtrū feu.sit ⁊ iudicet̄ nouū vel paternū qñ qđ vertit̄ inter agnatos vasal.⁊ habētem cām a domino. sed q̄ꝛ dubitat̄ qs iudex debeat hoc cognoscere.ideo supposit⁹ est hic iste titulus.vbi predicta declarantur.

re 7c.Ibi nostre reipublice.scilicet Mediolani. vt.s. dixi.Ibi priuatorum causis.Nam iste Obertus erat maximus aduocatus 7 peritissimus i iure.qui multa viderat de istis vsibus feudorum.7 in frequenti disceptatione causarum multum occupatus.Ibi paruipendere.i.modicum extimare 7 est verbū cōpositum.Ibi rotunda.i.solida 7 plena.Ibi cōprehēdi.i.vt describā tur breuiter cause qbus feu.pōt reuocari. Ibi scriptus reperimus:dic vt in.l.iii.§.eiusdem.ff.de test.vbi dicit ꝙ non potest certo modo diffiniri.q argumēta 7 ad quem modū sufficiant ad probandū. Ibi sine calumnia.i.sine reprehēsione.Ibi queadmodū dic.i. ad quē modū.prout dixit tex.in dicto.§.eiusdem a quo sumptus est.Ibi non errauit quasi dicat 7 vehementer erraret:ille qui affirmaret posse dici 7 diffiniri.que cause sufficiant domino ad probādam ingratitudinē vasalli.vt perdat feudū.Ibi occasio idest causa. sicut i simili dicimus ꝙ nō omnis met⁹ est sufficiēs ad rescindendā transactionē.sed solum q cadit in cōstātem virum.l.interpositas.C.de trāsac.Et nō omnis ingratitudo est sufficiens ad reuocādū donationē:vt i.l.fi.C. de reuo.dona.7 hic in gl.Ibi egregie.i. notabiles qsi extra gregē posite 7 nō vulgares.Et ideo speciali nota cōmemoratione fuerant digne.vt fa.l.itē apud labeonē.§.hoc edictum.ff.de iniurijs.de quibus causis statim faciet specialem mentionem i titulo sequēti.7 ꝗ̄q̄ȝ assignentur ibi alique cause notabiles. non tamē ex hoc sequtur ꝙ possit tradi certa diffinitio: qȝ vltra dictas causas enumeratas pt multis alijs modis cōtingere:vt alie emergāt cause sufficiētes ad feudi amissionem.vt dicit tex.in dicto titulo sequenti.in.§.sed qȝ Ibi humiliter.i.reuerenter.vt .s. titulo proximo.in fi. 7 in.l.cum affirmes.C.de libe.causa. Ibi deuote.psona enim domini sui debet parcere sibi sic in.l.liberto. ff.de obsequijs. Ibi benigne.i.benefaciendo tanquā obligatus domino ea ratione.qȝ benefaciētibus bene facere debemus.vt in.l.si non sortem.in.§. si libertus. ff.de condi.indebiti.Ibi fideliter prout habetur.s.de for.fideli.7 titu.de no.for.fideli.Ibi potest percipi.nō autem potest tradi certa regula.cū ista potius colligātur ex varijs cōsuetudinibus curiarum.Ibi in primis scilicȝ antequā cause per quas feudum amittitur enumerentur.Et aduerte quoniam sm glos.in quibusdā libris incipit hoc loco titulus iste. 7 omnia pcedentia ex dicta epistola vsqȝ ad istum.§.i pmis vacant. Sȝ cōmuniter habetur tota ista epistola integra.put .s. legi.7 ita tenendum.Ibi diffinitionem.Subaudi que diffinitio tracta est a descriptione i libro senece de beneficijs.Et hoc sensit etiam glosella hic posita.Ibi beniuola actio.Subaudi prout a domino proficiscit.put autem a vasallo 7 recipiēte suscipitur est effect⁹ ipsius beniuolentie.Et totum istud significatur nomine beneficij. Ibi capiens scilicet cum retributione seruitij.qȝ vasallus nūc erit sic hoc ligatus.vt .s. de for.fideli.Ibi prona idest libens.Ibi spōte sua idest sua voluntate spontānea.Ibi parata scilicet ad hoc faciēdū. non autem mediante aliqua necessitate.sed spōte 7 nō coacte:quia tunc non esset liberalitas.ff.d adi.lega.l. rem legatā. in fi.7.C.d prepo.sacri. cubi.l.iubem⁹.§. hec omnia.Ibi ex beniuolētia.Ex hoc notatur institutio feudo.seu natiuitas gratiosa.Ibi datur.Subaudi per inuestiturā.Alias non constituitur feudum. vt supra quibus mo.feu.consti.pos.in.c.i.Ibi proprietate.i. directo dominio quod est domini.vt supra d inuestitura.de re alie.in.§.quamuis. Ibi rei imobilis. Subaudi vel que inter imobilia computātur. vt supra de feudi cognitione.in.c.fi.Ibi penes dantem. Ex hoc colligitur retētio pprietatis rigorosa.Ibi vsusfructus.Ex hoc colligitur in feudo acquisitio fructuosa.7 capitur hic vsusfructus pro vtili dominio quod est apud vasallum.vt supra de inuestitur a.de re alie. fac.in.§.i.ibi heredesqȝ suos. Ex hoc colligit pcessio seu propagatio in feudo generosa. Ibi domino seruiant. Ex hoc colligitur retentio seu vicissitudo onerosa. Ibi indeterminate.Et hoc tacite soluit quedā questio dubiosa.Ibi masculo.Subaudi.7 deinceps per masculinā lineam descendentes.vt supra de gradi. in pn. Ibi feminae.h intelligo quando de temporis specialiter dictum ē in inuestitura.vt sequitur.Alias secus.vt supra qui feud. da.pos. in.§.hoc autem. Ibi in perpetuū.vt supra de natura feu.in prin.nisi per culpam veniret priuandus: vt ibi 7 infra titu.seqn.Ibi heredes intelligitur d masculis tantum i ista materia: istud verbum heres simpliciter prolatum.vt supra de feu.alie.in.§.7 si clientulus.Ibi fideliter scilicet sm formā traditam.supra de for.fideli.7 in titu.de no.for.fideli. Ibi si in id.i.beneficium per inuestituram datum. 7 facias hic vnam virgulam ne erres. Ibi seruitium. Subaudi quod debet prestare vasal.7 sui heredes.Ibi sit expressum. Pone exemplum per.§.preterea. supra quid sit inuestitura. potest enim dari feu.ad certum seruitium. vt in.c.fi.ī.d capi.qui cur.ven.7 tunc appellatur feu. conditionatū. vt ibi no.in glo.Ibi siue indeterminate.i.libere sine aliqua conditione apposita.quo casu appellatur feu.simplex seu rectum.vt in glo.in dicto.c.fin. quoniam tunc non debetur seruitium.nisi sm simplicem 7 propriam feu.naturam.prout disponitur supra in dicto ti.d for. fidel.7 de no.for.fideli. ¶ No.nō posse tradi sub certa regula causas ex quibus feu.amittitur. sicut nec genera probandi.an per testes. 7 quales.7 quot. vel per instrumēta 7 qualia argumēta. Et ideo ista cōmittūtur iudicibus a iure qui ex varijs causarum figuris d cernere debēt illud quod equum ac iuridicum videatur.vt infra in titu.seq. in.§.sed quia. in dicta.l.testiū. in.§.eiusdem.7 in.§.i.ibi tu magis scire potes. quāta fides sit testibus adhibenda 7c.facit.ff.de verbo obli. in.l.continuus.in.§.cum ita.Et de hac materia sup arbitrio concesso iudicibus a lege quid operetur.dic plene per Bar.ff.de decre.ab ordi.fa.in.l.ambitiosa.7 p Bal.in.l.volūtatis.C.d fideicōmis.7 dixi supra d milite vasal.in prin.¶ No. ꝙ etiā delicta possunt intitulari verbis solēnibus.vt patet hic dum causam ingratitudinis appellat egregiam.sicut alibi latro appellat famosus.l.capitaliū. in.§.famosos.ff.de penis. Et interdum lex dicit maleficiū bene facere yronice loquēdo.l.fratres.in fi.cū ibi no.C.de inoffi.testa. ¶ Not. non posse tradi certa regula neqȝ diffiniri qualiter vasal.debeat se habere erga dn̄m suum cuȝ hoc cōsistat potius ex varijs curiarum consuetudinibus.Et est ratio qȝ cū cōsistant in facto 7 non i iure nō possunt diffiniri.vt in.l.mora.in prin.ff.de vsuris. Facta eni sunt incerta.Ius vero est certū.l.iij.ff.de iuris 7 facti igno. Et ideo propter nimiam negociorum varietatē vl ppter differentiam aliaruȝ circunstantiarū relinquitur in arbitrio iudicis.hic 7 in.l.neqȝ leges.7 ibi bōa gl. ff.de legibus.Nā possibile ē ꝙ i vna curia dominus sit magis onerosus in vasallos quam in alia. 7 similiter vasal.sit magis delicatus in vna quam in alia.vt infra in tit.seq.in prin.vnde ista sunt a iudice dispenēda.l.si seruos.i fi.ff.d pigno.actio. ¶ Not.tex.ibi nō enim 7c.ꝙ feu.non amittitur ex qualibet causa ingratitudinis.sed solum ex magna ingratitudine.vt hic 7 infra in titu.seq.i.§.illud enim. ¶ No.tex.ibi potius ex natura 7c.ꝙ bōa consuetudo dicitur naturalis.Et est ratio qȝ prouenit ex instinctu nature rationalis que inest homini.vt infra titu.proximo.in.§.sed 7 qui delator. ¶ No.beneficium dupliciter vno modo sumpto in genere quotienscūqȝ alijs bene facimus.quoniā obligamus eos nobis ad antidora.l.sed si lege.in.§. psuluit.ff.de petl.here.7 sub hoc beneficio generali com

prebenditur etiam ipsum feu.quod est beneficium in
specie.⁊ ista species assumit sibi nomen sui generis.si
cut dicimus de adoptione.que nomen generale. ⁊ cō
tinet sub se etiā adoptionem i specie.vt in.l.i.ff.ď ado
ptio.Ut autem istud beneficium in specie sit perfectū
requiruntur ista sex.videlicet quod dominus det spon
te ⁊ nō coacte.Secundū ꝙ dn̄ium directū remaneat
apud dominū.Tertium ꝙ cōsistat in rebꝰ imobilibꝰ
vel que imobilium nomine continentur.Quartum ꝙ
dominiū vtile transferatur in vasal.Quintum ꝙ tran
seat in perpetuum in masculos descēdentes heredes.
Sextum vt per vasallū fiat fidelitas ⁊ fideliter seruia
tur.Et omnia ista sex colliguntur ex diffinitione i isto
tex.posita.Similiter sunt sex illa ad que tenetur vasal
lus domino ex forma fidelitatis.s.Incolume. Tutū.
Honestum.Utile.Facile. Possibile. prout numeran
tur ⁊ declinantur.supra de forma fideli.in.c.i. ¶ No.
ꝙ istud beneficiū in specie quod est feu.potest dari ď
terminate ad certum seruitiū preter naturam feu.Et
indeterminate nō specificato aliquo seruitio. vz hz cō
munem naturam feu.vt dixi super tex. ⁊ supra de con
trouer.inter vasal.⁊ epi.in euidentialibus. ⁊ in pream
bulis huius operis.⁊ i questione septima.Expeditis
textualibus venio ad apparatum.Et aduertendū ꝙ
hic est solum vna glo.expedienda. que modicum fru
ctum affert nobis.cum solum declarat̃ intēdat ꝙ hic
olim habebantur quedam capitula que hodie vacāt
cum alibi tradita sint ꝓ maiori parte. Uerūtamē ꝓ
expeditione dicte glo. ¶ Quero cum ipsa quis sit ve
rus ordo huius capituli ad capitulum precedens. qď
incipit dominus vacat militem ⁊c.cum varijs modis
reperiat̃ iste ordo traditus ƀm diuersos libros. Et re
spondet gl.ꝙ vera ordinatio est ista. prout legi ⁊ ordi
naui.Uerū quia aliqui habēt hic tria capitula q̄ sūt
posita supra ď feu.mar. Ideo dic ꝙ male sunt hic po
sita cū sufficiat in dicto titulo.de feu.marchie eē posi
ta ⁊ declarata.Sz quoniam vltra dicta tria capitula
adhuc habent q̄dam aliud capitulum quod incipit i
omnibus . Et idcirco predicti capituli tenor recitat̃
per glo.vsqz ad versi.quod autem dicit̃ ⁊c. Et in illa
pte extendit ista gl.vsqz ad capl'z generaliter.ad om
nes contractus etiam extra casum inuestiture.vt vz in
omnibus contractibus sit primo videndū quid inter
pares actum sit ⁊ illud seruari per.l. q cum tutoribꝰ.
ff.de transac.Et hoc vult glo.vsqz ad versi.quod aūt
dicit.Et in illa parre limitauit ista gl.illud quod i di
cto.c.dicebat̃.vz ꝙ inuesti . facta coram tribꝰ liberis
hominibꝰ debet seruari ⁊c.vt debeat intelligi de ve-
teri inuestitura vbi non fit distinctio neqz differētia te
stium siue sint de paribꝰ siue non. Sed in noua inue-
stitura bene debet fieri differentia.qꝛ testes debēt esse
paribꝰ curie. quoniā extranei non pares etiam si sint
liberi non censentur legitimi testes.vt probatur supra
q̄d sit inuesti.in princi.⁊ infra q test . sint necessarij in
.c.i.⁊ hoc vult glo.licet nō alleget vsqz ad versi.sed cū
dicit.⁊ in illa parte quesiuit glo.quid si vasal.confitea
tur in iudicio vel extra iudicium coram testibꝰ suum
feu.esse conditionatū.nunquid ista confessio sibi pre-
iudicet.⁊ hec gl.non soluit aliter.nisi ꝙ remittit ad li
bellū disputa . py.⁊ hoc vult vsqz ad ver.postea ha-
bent.⁊ in illa parte subijcit gl.ꝙ adhuc habent q̄dam
hic aliud capitulū quod incipit quoniam dictum ⁊c.
⁊ istud reprehendit̃ per glo . quoniam materia dicti
capituli tradita est supra hic potest esse ti.q.mo. feu.
amit.in.c.i.⁊ in tit.apud quem vel quos ⁊c.⁊ h̄ vult
tota ista gl.vsqz ad finem.Sed pro solutione questio
nis quam dimisit insolutaz remittēdo ad py.Tu dic
pinguius ⁊ melius quam ibi tangitur per py.vz quia
cum ista talis confessio processit ad se confitentez ob
ligandum debz distingui.Aut ista cōfessio emanauit

in iudicio.⁊ tūc sibi preiudicat.qꝛ habetur pro iudica
to.l.i.C.de confessis.⁊ in.l.i.ff.de confes.Aut cōfessio
ista emanauit extra iudicium.⁊ tūc si est facta cū cau
sa ⁊ presente domino preiudicabit sibi.vt no.in.l.cum
de indebito.in fi.ff.de proba.⁊.C.de non nu.pecu.in.l.
generaliter.in fi.Si vero sit facta sine causa : tūc quia
est indiscreta sibi non preiudicat.vt est tex.in.d.l.cum
de indebito.in fi.Itē si sit facta absente domino.vt in
.l.certū.in.§.si quis absente.ff.de cōfes. Et ad predi-
cta facit quod dixit glo.i.l.i.i fi.ff.de iterroga.actio.
Quid autē erit si in confessione contineātur duo quo
rum vnū sit pro se ⁊ aliud cōtra se dic vt per gl.⁊ do
cto.in.l.ij.C.de dona.ante nup.⁊ in.l.si quidez.C.ď ex
ceptio. ¶ Oppo.ab extra contra supra proxime dcā
ꝙ imo talis confessio nullo modo sibi p̄iudicet : quo-
niam si dominus ipse confiteretur non p̄iudicaret si-
bi:vt in dicto.c.i.infra qui testes sint neces.Igitur nec
ipsi vasal.confitenti debet esse preiudicialis cū habe-
ant parem vicem.⁊ equiparentur ipse dominus ⁊ va-
sal.vt supra de for.fideli.in fi.⁊ ifra qualiter do.ꝓprie.
p̄ue.Solu.vt dicā in dicto.c.i.vbi est propria materia
⁊ gl.⁊ docto.varie senserūt.⁊ ibi declarabo ď quo ēt
per Iaco.ardizo.in sūma in titu.de cōten. feu.sub ru
bricella fi.in.§.si vero vasallus. ¶ Quero ab extra q̄d
si datum est feu.cum pacto:vt nullum seruitiū inde fi-
at an censebitur iure feudi.Et respōdeo ꝙ sic ƀm An
dre.de iser.⁊ ad omnia preterquā ad seruitij prestatio
nez.Nam hijsdem acul.⁊ causis amittetur.sicut i alio
feu.p̄terquā si non seruierit . qꝛ non tenetur ex pacto.
facit.c.i.infra de feu.non ha .propriā naturā feu. infra
⁊ si de feu.fuerit contro.in.c.feudū.ea lege. ¶ Quero
quid si inuesti.dicat concedo talem rem in feu.ad vtē
dum ⁊ fruendum.an extinguatur morte dic ꝙ sic.ff.ď
vsu ⁊ habi.l.si habitatio.§.si sic.⁊ no.in.l.cū hij .§.si
vni.ff.de transac.⁊ tenet Bal.in preambulis feu.i sex
ta diuisione.vbi videas. ¶ Ultimo de materia circa
feu.diffinitiones. dixi supra in preābulis huius operis
⁊ per Iaco.ardizo.in sūma sub p̄mo titu.⁊ rubricella
p̄ma.per glo.in sūma in titu.de feu . vbi diffinit ⁊ bre
uius quid sit feudum hoc modo vz.Quod feu.est cō
cessio rei ꝓ homagio facta.vt extra ď symonia i.c.ex
diligenti.⁊ per Hosti.i dicto tit.de feu.in.§.i.Ubi sic
diffinit ꝙ feudū est alicuius rei beneficiū interueniēte
inuestitura sic concesse seu date alij ꝙ dominiū penes
concedentē remaneat cuius occasione recipiens ⁊ suc
cessor eius cōcedēti domino ad id de quo ⁊ quousqz
conuenit:ac feu.natura requirit ƀm diuersaꝝ regionū
consuetudines obligant̃.Ad quod facit.c.recolentes
extra de statu mona.Et vide etiā in directoris iuris i
dicto titu.vbi sic diffinitur videlicet ꝙ feu.est res ꝯces
sa alicui ad vtendū fruēdū pro exhibitione alicuius
seruitij honesti per dictū.c.ex diligenti.⁊ p.c. vltimū.
extra de regu.iur. Uel ƀm Iaco. de belui . ita diffinit
vz ꝙ feu.est concessio alicuius rei ad vtendum ⁊ fruen
dum vtile dominiū cum exhibitione alicuius honesti
seruitij.Quid autē sit beneficiū ⁊ qualiter diffiniatur
vltra diffinitiones hic traditas habetur per glo.i.l.in
uitus.ff.de regu.iur.⁊ per glo.in regula prima. ď reg.
iur.lib.vi.⁊ per Iaco.ardizo.in dicto titu.sub dicta ru
bricella prima ⁊ secunda.⁊ plene per Bal.in.l.benefi
cium.ff.de cōsti.prin.⁊ ibi plura tradit ad materiā be
neficij ⁊ gratie pertinentia. ⁊ in preambulis feu. ⁊ de
materia gratie. ⁊ q̄d sit gratia no. per glo. in cle.i.de
magistris.⁊ facit cle.gratie.extra de rescrip. ⁊ i.c.gra
tiose.eodē titu.lib.vi.Que autē differentia sit iter be
neficiū ⁊ prebendam.⁊ an nomine beneficij cōpreben
datur etiā prebenda habetur in.c.tua nobis.extra de
verbo.signifi.⁊ per Goffre.in sūma de preben. in.§.in
sūma.Que v̄o differētia sit inter prebendā ⁊ canoniā.
no.extra de consti.in.c.cum.m. Quid autē sit cōmen
da ⁊

da ⁊ quis eius effectus habeꝛ̄ de electione i.c. nemo. deinceps. lib.vi. cum ibi no. in cle. que de ecclesijs de officio vicarij. Et ibi etiam declaraꝛ̄ quid sit rectoria ⁊ vicaria. De pactis aūt appositis in traditione feu. dic vt dixi supra quid sit inuestitu. in §. preterea in remissionib⁹ ibi adductis. Jacobus.

¶ Que fuit prima cā beneficij amittendi.

¶ Totus iste titul⁹ ē pars epistole posite supra in ti. precedenti. ⁊ ideo q̄dam habent hic vnam glo. super rubrica q̄ dicit ꝙ hac rubrica non debemus vti ⁊c. Sed tu hanc rubricā habeas: q2 ita cōmūiter habeꝛ̄. vnde minime sunt mutanda ⁊c. Verū fuit diuisa ista epistola in partes p articulos separatos. vt melius intelligerenꝛ̄. prout in simili facit tex. insti. de lega. in §. sed ne in p̄mis. ⁊ ita no. gl. in. l. i. ff. d̄ excep. doli. facit supra in titu. consti. feu. lotha. imperatoris ⁊c. ⁊ qd̄ ibi dixi. Continuatio igitur huius titu. ad titulū p̄cedētem de se patet: quia supra pollicit⁹ est se dicturū causas aliquas egregias ingratitudinis ex q̄bus feudū amittitur. quare nūc in isto titulo ipsas causas plures subijcit ⁊ tradit.

P Rima. Diuide istud p̄ncipium in duas partes. Jn p̄ma declarat qualiter vasal. petere debet inuesti. a successore domini mortui. Jn secūda qualiter per successorez vasalli mortui peti debeat dicta inuestitu. ab ipso domino. Secūda ibi. ⁊ ecōtra. Casus. Si vasal. a successore domini vel successor vasalli ab ipso domino nō petijt inuesti. infra annū ⁊ diez amittit feu. hoc dicit. Premitte pro euidentia illud qd̄ premisi supra per quos fiat inuestitu. in prin. ¶ Jn tex. Jbi prima aūt. Subaudi quātum ad alias q̄ sequūtur ƀm Pet. de cer. ⁊ Bal. Jbi beneficij idest feudi feu. Jbi fuit scilicz olim. vt infra de capi. cor. i prin. Jbi adhuc est scilicet hodie vt hic ⁊ i dicto. c. i. Jbi nr̄a mediolanēsi. Ex h̄ probaꝛ̄ Obertū fuisse de Mediolano. vt dixi in. c. p̄cedenti. in prin. Jbi nō obtinet. Subaudi ⁊ hodie vt in dicto. c. i. Jbi ⁊ diem. ⁊ tale tempus currit sibi solū a tempore scientie. s. ex quo sciuit dominū eē mortuū. dūmodo non esset in crassa ⁊ supina ignorātia. vt no glo. supra quo tempore miles. in. c. i. ⁊ Jaco. ardizo. in tit. qui. mo. feu. acqui. sub rubricella ex quo tempore currit annus. vbi plene de hoc. Jbi inuestituram petēdo idest reuocationē inuestiture antique. ⁊ est ꝯfirmatio veteris vt supra per quos fiat inuesti. i prin. ⁊ ibi no. in glo. ⁊ dixi ibi late in euidentialib⁹. ⁊ supra de cogni. feu. in. c. fi. Nam in feudo nouo ad petendū inuestituram nouam realem non est certum tempus statutū ƀm Pe. d̄ cer. ⁊ Bal. facit. §. p̄terea. ifra d̄ p̄hi. feu. alie. p fede. ⁊ supra qd sit inuesti. in prin. ⁊ de no. for. fideli. in fi. ⁊ qd̄ dixi in dicto loco per quos fiat inuestitu. Jbi pollicendo idest offerēdo ⁊ p̄mittēdo fidelitatem iurare. vt no. glo. supra per quos fiat inuesti tu. in. c. fi. vbi plena glo. q̄ ponit practicam. Jbi amittit. Subaudi nisi iusta causa interuenerit: quare hoc non petierit. vt in. c. fi. §. de probi. feu. alie. per lotbariū. Que autem intelligaꝛ̄ esse iusta causa traditur in dicto. c. i. supra quo tempore miles. ⁊ ibi dixi. Jbi petere inuestituram idest renouationem inuestiture q̄ fuerat alias facta patri ipsi⁹ petentis q̄ fuerat vasallus ⁊ nunc mortuus est. Jbi caritur̄ cognoscat dic scilicet per sententiam. vt no. i. l. iubem⁹. in §. yconomos .C. de sacrosan. eccle. ⁊ dixi plene supra de feu. sine culpa non amit. in. c. i. ¶ No. ꝙ vasal. debet petere renouationem inuestiture ⁊ fidelitatem polliceri infra tē

a pus hic limitatum vz infra annum ⁊ diem. ⁊ si nō facit amit. feu. vt hic ⁊ no. plene in dicto. c. fi. §. per quos fiat inuesti. ⁊ est ratio. q2 petere inuesti. est quedā quasi census deuotionis ⁊ recognitionis ⁊ reuerentie qui ōbz prestari domino ⁊ si non fiat res incidit in cōmissum. vt in. c. i. de probi. feu. alie. per lotha. ƀm Bal. in .l. i. ff. de reruz diuisi. Quod intellige verum quando est maior. xiiij. annis. Alias sec⁹. vt in dicto. §. preterea. infra de probi. alie. per fede. ⁊ no. gl. infra si de fe. fue. contro. in. c. si minori. vel nisi subesset alia iusta cā vt in dicto. c. fi. infra de probi. fe. alie. per lotha. que autem possunt esse ille cause dictum est in. c. i. supra quo tempore miles. Et per hoc remanet expedita gl. scd̄a hic posita in fi. sui que predicta sensit. qualiter autē cōcipi debeat instrumentum super renouatione: vide in Specu. de feu. in prin. in forma secūda. ¶ No. renouationem inuesti. fiendam vel per mor. domini vel per mortem vasal. vt hic ⁊ infra de capi. cor. i prin. Utrū autem inuestitura antiqua debeat ostendi domino vasal. ⁊ ad hoc possit compelli. dic per Bal. i. l. ij. C. quo modo ⁊ quando iudex. ⁊ dixi supra de contro. inuesti. in prin. ⁊ vide per Joā. andre. in addi. Spec. in. §. i. in prin. ¶ No. istam consuetudinem limitatam ad tempus anni ⁊ diei ad petendam renouationem inuestiture non ligare mediolanēses. vt hic ⁊ i dicto. c. i. i p̄nci. ⁊ infra d̄ capi. cor. ꝙꝫ ista cōsuetudo sit approbata per principem. vt ibi patet ⁊ tenet Bal. ibi p no. per glo. in. l. de quib⁹. ff. de legibus. ad quod facit. c. i. super de feu. cogni. ⁊ quod habetur in. l. i. ⁊. ij. C. q̄ sit lon. consue. Si enim princeps voluisset derogaꝛ̄ cōsuetudini mediolanensium ipsam expresse cassasset. vt. in auten. cassa. C. de sacrosan. eccle. cū si. ⁊ super hoc vide quod plenissime dixi in dicto. c. i. supra de feu. cogni. idem intelligerem de alia ciuitate quā Mediolanensi si diuersa consuetudo ibi vigeret: quia illa seruanda esset. ff. co. predio. l. venditor. §. si constat. ⁊ hoc videtur sentire Specu. in titu. de feu. §. quoniam. ver. xxvij. ad finem. ⁊ etiā dn̄s Andre. de iser. hic. ¶ Oppo. cum glo. prima. de. c. i. supra quo tēpore miles. vbi ad petendam renouationem huiusmodi inuestiture limitatur temp⁹ anni ⁊ mensis. ⁊ ista glo. soluit dupliciter. Primo ꝙ iste tex. loquaꝛ̄ ƀz iura hodierna ⁊ nouissima de quib⁹ habetur per coradum imperatorem in dicto. c. i. infra de capi. cor. ⁊ per Federicum imperatorem in. d. §. preterea. de probi. feu. alie. per fe. ƀm que iura limitatur temp⁹ anni ⁊ diei. Et cum dicta iura indistincte loquantur. videtur etiaz includere milites q̄ ante ista iura habebāt annum ⁊ mensem. vt in contrario. Et sic dictum. c. i. esset hodie correctū. Secūdo soluit glo. ꝙ dictum. c. i. non sit correctum. sed loquaꝛ̄ in suo casu speciali vz in milite. hic autem loquitur de alijs nō militib⁹. Et hec vltima solutio vera vz ꝙ etiam hodie milites habeāt annū ⁊ mensem. vt in dicto. c. i. quod non remanet correctum. quoniam non intelligitur derogatū priuilegijs militū. vt dixit glo. singularis in. l. decurionibus. C. de silen. lib. xij. ⁊ ita tenendum. Et ꝙꝫ in materia feu. verbū miles interdū capiatur p quocūq3 vasal. vt dixi supra. Jmperator lotha. tamen plerūq3 est dare militē vasallū ⁊ non militem. vt no. supra de feud. sine cul. non. a. in. c. i. Et si est miles debent ei seruari sua priuilegia. vt dixi in. d. c. i. ¶ Auero cum glo. ij. an sit necesse ꝙ vasallus vtrūq3 faciat ad hoc. vt non amittat feu. s. petere inuestiturā ⁊ vltra hoc polliceri fidelitatē. Et respondet gl. ꝙ sic dicens ꝙ post petitam inuestitu. nisi etiam fidelitatez polliceaꝛ̄ ꝙ amittit feu. per. c. i. infra de capi. cor. Et est ratio: q2 magis cognoscitur quod specialiter pollicetur quam quod generali promissione cōcluditur. vt no. gl. §. qual. vasal. iurare d̄beat fideli. c. i. Et hoc vult ista glo. in sui prin. Sz aduerte quoniam domin⁹ An

a ¶ Jnfra ānū ⁊ die. adde tex. ⁊ ibi Bal. i. c. i. quo tpe miles. bal. i. c. i. de capi. cor. Bal. in capi. i. de capi. qui cur. ven. doc. i. c. veritatis de iureiur. Cal. ꝯsi. vij. i ti. d̄ feu. icip. an feudatarius teneꝛ̄ pe. de anch. ꝯsi. clxxiij. icipi. do. lazari⁹ fuit inuestit⁹ de quodaz feudo. cardi. zaba. ꝯsi. xxxiiij. incip. circa p̄mū dubiū duo principal̄r sūt vidēda. ab. ꝯsi. lxxxiij. icipi. cōditoris oium postulato suffragio. i. ij. col. in. i. volu. abb. cōsi. iij. icip. nitar i p̄senti. i. ij. volu. lu. ro. ꝯsi. xxvii. incipi. viso the mate mihi p̄po sito. i p̄n. pau. de ca. cōsi. clxii. ici. circa id de quo q̄rit. Jo. d̄ ana. ꝯsi. xxxii icip. vltra alia dubia. barba. ꝯsi. lxxxiiij. incip. p̄clare in fi. ii. col. i. iij. vol. fran. d̄ are. cōsi. lxxxii. inci. de⁹ pius Jesus xp̄s. ista iura habēt locū i maiore. xiiij. annoꝝ: secus i minore ƀm cardi. zaba. i. d. c. veritatis. idem tz alex. de imo. cōsi. lxxix. i cip. circa primū de quo q̄rit. in vii. col. i. i. volu. Et quid si sunt tres f̄res vnus petit inuestiturā sue ptis. s. annū ⁊ diē alij vo sūt ꝯtumaces ⁊ ptē suā perdiderūt an accrescit fratri inuestito: an cōsolidetur dn̄o vide p bal. in. c. q̄ in ecclesiarū. i versi. q̄ro pater vel auus d̄ ꝯtū.

dre.de iser.tenet ⁊ sequitur hic istam gl.vz ꝙ vtrunqȝ
exigatur. Sed contrarium tenuit.§.per quos fiat iue
sti.i.c.fi.per.c.i.supra quo tempo.miles. Et hoc veri⁹.
primo qꝛ glo.ibidem hanc partez tenet:vz ꝙ sufficiat
solum petere inuestituram. Secundo quia in ista peti
tione inest:vt fidelitatem prestet.Et ideo nō ē necessa
rium verbis exprimi.l.non recte. in fi.C.de fideiussori.
Sufficit enim facto haberi licet nō exprimatur v̄bis
vt ibi dixi.Secus autem si polliceretur tantum fideli
tatem:vt dixi in.c.i.§.quo tem.miles.Nunc descendo
ad tertiam glo.hic signatam super verbo pollicendo:
que iudicio meo debuisset signari potius in.§.seq.sup
verbo pollicendo cum non possit adaptari ad intētio
nem huius littere.Et ideo ipsam seruabo expediendā
in.d.§.seq.vbi bene cadit.Fuit enim vt puto vitiū scri
ptoris.℄ Quero ab extra.qꝛ supra dcm̄ ē:ꝙ iste tex.
non includit minorem.xiiij.annis.quid in minore .xxv.
annis.si incidat in penam hic traditaz.an poterit i in
tegrū resti.⁊ glo.hanc qōnem format.i.d.§.preterea.
⁊ respondet sub dubio forte ꝙ sic:sed de hoc ibi dicaz
late vbi videas:de qua qōne tangitur etiam per Joā.
andre.in titu.de feudis.in.§.quoniam.ver.xxvij. ⁊ per
Hosti. in sūma in.§.quibus. ver.sed nūquid. ℄ Que
ro quid si vasallus nō inueniat dn̄m a quo petat ⁊ la
batur istud tempus:an amittere debeat fe. dic ꝙ non
ſm Jaco.ardizo.per.l.pecunie.in.§.fi.ff.de vsuris.⁊ in
.l.i.§.dies.ff.quādo appel. sit dūmodo coram testib⁹
protestet̄ ꝙ per eum non stat.vt in.l.ij.C.de his q per
met.iudi.non appella. ℄ Quero an vasal. debeat ire
ad locū vbi est dn̄s si non reperiat pn̄tem ad habita
tionez solitam:⁊ rn̄det idem Jaco.ꝙ sic nisi esset nimi
um in remotis.l.sed ⁊ hee.in.§.ij.ff.de procura. ⁊ i.l.
iiij.in.§.si tam vicinū.ff.de dam.infec. qualiter autē i
a telligatur esse locus vicinus[a] vel remotus dicit Jaco.
de ardizo.ꝙ tūc dicit̄ vicinus cum potest de facili adi
ri.ar.in.l.fi.ff.de iudi.⁊ quādo de facili possit adiri ar
bitrabitur iudex ſꝫ locoꝝ ⁊ tempoꝝ ⁊ persone quali
ratem.l.cōtinu⁹.in.§.item si ita.ff.de verbo.obliga. ⁊
in.l.ij.§.si quis.ff.si quis cau.⁊ ꝺ hac qōne dixi.§.quo
tēpore miles ⁊c.in.c.i.super tex.℄ Quero quare tale
tempus fuerit ita limitatū:⁊ dixit Spec.in titu.ꝺ feu
dis.in.§.quoniā.ver.xxvij. qꝺ quidam dixerūt ꝙ sicut
est duplex bonoꝝ possessio.s.edictalis ⁊ decretalis:vt
in.l.i.§.decretalis.ff.de succes. edic. Jta sit duplex suc
cessio feudi.s.edictalis qua quis succedit in feudo ⁊ ꝺ
cretalis qua debꝫ infra certum tempus dn̄m agnosce
re ⁊ fidelitatem facere:⁊ sicut bonoꝝ possessio decreta
lis nil operatur sine edictali ⁊ edictalis anno finit̄.l.
emācipata.C.qui admitti.ad bono.posses.po. Jta a si
mili fuit statutū anni ⁊ diei.sed ego puto ꝙ non possit
assignari aliqua ratio cōcludens.sed solum ea sit ratio
qꝛ ita placuit latoribus legū ⁊ cōsuetudinū feudaliū.
vt no.gl.i.l.i.in.§.pueritiā.ff.de postulādo.⁊.§.si ꝺ in
uesti.inter do.⁊ vasal.lis oria.in.c.i.in glo.iiij.⁊ Bal.i
fi.sue lec.post tractatū conclusionū glosarū.℄ Quero
quid si vasal.iurauit fidelitatem prelato ⁊ successorib⁹
suis canonice intrantibus.vt quottidie fit vel domino
layco pro se ⁊ successoribus suis recipienti. an habeat
locum iste tex.dic ꝙ inuestitura bene est recipienda.ꝑ
ut est de more.vt in.§.preterea.de probi.feu.alie.ꝑ fe
de.in.c.per tuas.extra de dona.sed fidelitas non est p̄
standa ſm Jaco.ardizo.in titu.qui.mo.feu.acqui.sub
rubricella quando iurare debet vasal. ⁊ quādo non:⁊
idem sentit hic Jaco.ꝺ belui.⁊ Bald. ⁊ Spec.i titu.
de feudis.in.§.quoniā.ver.hic etiam nota i vltima co
lūna.⁊ in versi.seq.⁊ seq.⁊ ē ratio.qꝛ ex quo semel sub
hac forma iuratum est non tenetur amplius iurare cū
dictum iuramentū sit ꝑpetuum quo ad illum q iura
uit.vt no.glo.in.c.veritatis.in fi.extra de iureiurā.⁊ in
c.ego epūs.eo.ti.⁊ idem tenet idem Jaco.ardi.i sūma

[a] ℄ Qualiter aūt itelligat̄ esse locus vicinus. adde gl. in.c.fe licis. de penis. li.vi.

de successione feu.sub rubricella si vero est facta consi
gnatio.an oēs hr̄des dn̄i succedant.⁊ in ti.q.mo.feu.
amit.sub rubricella quādo iurare debet vasal. ⁊ dicit
Jaco.de bel.ꝙ ita fit per epm̄ Padue multotiens.
Secus aūt si simpliciter iuraret̄.qꝛ tūc teneret̄ iurare
etiā successori ꝑ istū tex.de quo ꝑ dictū Jac. de bel.§.
q succes.tene.in fi.⁊ dixit etiā hic.facit ad p̄dicta qꝺ
no.gl.in.c.ne dei.extra de symonia. ℄ Quero an va
sal.possit iurare ꝑ se ⁊ successorib⁹ suis dic ꝙ nō.vt te
net Joā.andre.ex̄ de iureiurā.in.c. veritatis. ⁊ ꝓbat̄
in isto tex.de quo per Butriū.⁊ doc.ibidē. ℄ Que
ro an vasall⁹ elapso tempore inuestiture petendo pos
sit purgare moram.⁊ dixit Jaco.ardizo.in sūma i tit.
q.mo.feu.acq.sub rubricella ex iusta cā vasal.excusat̄
⁊c.tenendo ꝙ sic dūmodo celeri satisfactione sibi cō
sulere studuisset.arg.extra de loca.in.c.fi.extra de re
bus eccle. non alienan. si qs patronoꝝ.⁊.ff.de alie.
iudi.mutā.causa fac.in.l.ex hoc.in.§.si quis.Sed dn̄s
Bal.dicit ꝙ q̄ꝫq̄ꝫ ista opinio sit equa.tamē non ꝓba
tur per aliquā legem vel ꝯsuetudinē feudoꝝ. Jdeoqȝ
non debem⁹ esse clementiores lege. vt in auc. de iud.
in.§.oportet.Et sufficit ꝙ ita sit statutū:vt.ff.q ⁊ a q.
in.l.ꝓspexit.Et hec opinio probatur i.c.i.§.quo tem
pore miles.Et suadet ratio multiplex.Primo qꝛ con
tra statutū legis non purgat̄ mora.l.ij.C. vt intra cer
tum tēpus.l.iij.C.q accusa.nō pos.⁊ in.l.ij .C. de iure
emphi.Secūdo qꝛ iste contract⁹ habet quādam ꝑpa
litatē cui si non obtemperet̄ non purgat̄:vt.ff.de pac.
.l.epistola.i.§.fi.⁊.ff.loca.in.l.q̄ro.in.§.inter locatorē.
Tertio qꝛ quādo ꝑ morā fit retro translatio dominij
nō debet purgari mora vt tenet Dy.in.l.si seruū i.§.
seqtur.ff.de verbo.obliga.Jtem qꝛ vbi fit resolutio cō
tractus ibi non est tractandū de purgatiōe more nisi
cōsentiat altera pars vt.C.de pac.inter empto.in.l.cō
missorie.Et ita tenet Bal.i dicto.c.i.§.quo tempore
miles.facit qꝛ terminus legalis iterpellat vasal.l.ma
gnā.C.de ꝯhē.⁊ cōmit.stipula.sic quādo ponit̄ per iu
dicem.vt i.l.celsus.ff.de arbitris. Secus si apponere
tur a parte.vt ibi no.facit.l.si ita qs.i.§.seya.ff.de ver
bo.obliga.⁊ ad predicta vide quod dixi i.c.i.§.ꝺ feu.
sine col.non.amit. ℄ Quero vasallū q debebat pe
tere inuesti.i.annū ⁊ diem decessit infra dictū tēp⁹ nō
petita inuesti.an filius vasa. q in feu.succedit habeat
tantū residuū tēporis quod superat defuncto vel inte
grū annū ⁊ diem.dic ſm Jaco.ardi. ꝙ habebit inte
grū temp⁹ anni ⁊ diei.ar.ff.de iudi.l.si iudex.ꝺ ver.
obliga.l.⁊ ideo.in fi.cū si.de quo plene per ipm̄ i dcō
ti.qui. mo. feu.acq. sub rubricella ex quo tēpore cur
rit ānus.Et hoc idem tenet Jo.andre.in addi.Spe.
in ti.de feu.in §.quoniā.versi.xxvij.⁊ de hac questiōe
latius dixi.§.quo tēpore miles.in .c.i. vbi videas sup
glo.v.℄ Quero qd si in testamento sit p̄teritus po
sthumus ⁊ filius nat⁹ est institut⁹ qd erit interim de
feudo cū preteritio suspēdat interim ius adeūdi.vt.ff.
de acqui.here.in.l.ventre.⁊ de liber.⁊ posthu.in.l.si fi
lius.⁊ dicit Bal.j.in ti.an agnat⁹.vbi hanc qōnē for
mat ꝙ nō propterea debet differri inuestitura filij iaz
nati.que in omnē casum fienda venit.arg.ff.de acqui.
here.i.l.qꝺ si dubitet. ℄ Quero qd si elapso tēpore
anni ⁊ diei dn̄s postea acceptauit beneficiū vasalli.an
videat̄ sibi tacite remittere moram.Et dn̄s Bal.te
net h ꝙ sic.l.post diē.ff.de lege cora.Et dicit ꝙ vidit
quosdā libros habere.℄ Jn tex. ista verba vz nisi ser
uierit dn̄o i cōcordiā.qꝛ tūc feu.retinet ⁊c.Sed ista v̄
ba cōmuniter nō sunt de tex.Sed de hac questiōe la
tius dixi in dicto.c.i.§.quo tēpore miles.sup gl.tertia.
in fi.que hanc qōnez formauit.℄ Quero qd si vasal.
petijt.sed dn̄s infra dictū tēpus nolit inuestire. an pri
uabitur ꝓprietate dic ꝙ sic.ſm qꝺ tent glo.§.ꝑ quos
fiat inuesti.in fi.⁊ Andre.de iser.in.c.ij.in.§.i.j.de lege

cora.

cora. ¶ Quero qd si vasallus nō possidebat feu.ꝑ dictū tps anni ⁊ diei.sed alter terti⁹ possidebat.⁊ sic vasallus nō petijt inuestiturā.ꝑ.dictū tps nec fidelitatis iuramentū pstitit.an isto casu sit priuatus iure suo ƀz formā huius tex. Et Guiel.de cu.posuit hanc questionē in.l.solēnib⁹.C.ð rei ven. Et determinet ꝙ vasall⁹ nō amittit ius suū primo per.l.forma.in.§. si cū ego. ff.de censib⁹.facit etiam.l.q̄ quisqȝ.ff. de acqui. rerū do. Item rōne q: ad hoc:vt vasallus amittat feu. requiritur ꝙ sit in dolo.ꝑ.de probi.feu.alie.per lotha.in.c.fi. Sed nō potest sibi ascribi dolus nō possidendo:q: ex quo non habet cōmoda feudi nō tenet subire onera. Item q: nō ðbet sibi imputari tēpus istud quādiu litigat cū possessore.l.quādiu.C.q admitti ad bo.pos. po.qð est valde no.ƀm ipsum Guil.quē sequūtur etiā doc. Moderni.videlȝ bal.⁊ Saly.⁊ Rapha.Fulgo. in dicta.l.solēnib⁹. Et pro hac snia adduco glo.fi.i.c. ticius filius.ꝑ.si de feu.fue.ꝯtro.vbi vsqȝ.ad.xxx.annos nō excludit a reuocādo feudū alienatū extraneo: sec⁹ autem si esset alienatum agnato.q: tūc habet solum annū:vt ibi. Item similiter reperio Andre.ð iser ꝑ.de capi.cora.in.c.i.in princi.esse in hac snia.vȝ ꝙ solū ille q possidet priuat feu.ex eo ꝙ non petijt inuesti ꝑ. tps debitū. Et primo ꝓbat per tex.ꝑ.per quos fiat inuesti. in prin.q loqtur de possidēte.similiter adducit §. preterea.ꝑ.de ꝓbi.feu.alie.per fede.q similiter ꝑsupponit vasallū possidere. Itē adducit etiā rōnem. q: per cōtumaciā pditur quando possidet.vt no.in.d.c.i.§.quo tpe miles. Itē q: per culpā suam ꝑuat sua possessiōe vt in.c.fi.in dicto ti.quo tpe miles. Ex qb⁹ concludit ꝙ est necesse ꝙ possideat.nā minus ē habere actionē ꝗ̄ rem.vt.ff.de regu.iur.in.l.min⁹. Idē tenet. ð. Frā. zaba.in.c.ij.extra ð feu. ¶ Quero qd si vasall⁹ ignorauit esse feu.⁊ nō petijt inuestiturā.ꝑ.tēpus debitū.an priuād⁹ veniat.⁊ Bal.in.l.fin.C.si pen.appel. mouet qōnem.⁊ dicit ꝙ nō.q: etas ꝯsuetudinis feudoꝝ cōseruat vasallū illesum ad qð facit.c.vasallus.ꝑ.si ð feu. fue.cōtro.⁊ qð dixi in.c.si vasallus.i eo.ti.⁊ per Jaco. ardi.in ti.q mo.feu.amit.sub rubricella. si nō petierit vasallus inuesti.ꝑ.annū ⁊ diem ⁊c.facit.ꝑ.de ꝯtro.inter do.⁊ empto.in.c.i. ¶ Quero vtrū filio vasalli currat istud tps anteꝙ̄ se imisceat i hr̄ditate.⁊ Bal.ꝑ.ð capi.cora.in prin.sentit ꝙ non p illū tex. q dicit hr̄s ⁊c. qð verbū ꝗ̄tū ad onera hr̄ditaria significat imistionem:vt.C.si vt se ab here.absti.in.l.i.ergo q dicit filiū priuandū per lapsum tēporis dȝ probare imistionē ꝑcessisse vel ꝙ maliciose distulit imistionē.vt.C.ad sill.i .l.pe. Item dȝ probare sciētiam q: in facto alieno presumit ignorātia.vt.ff.si cer.peta.i.l.eius q.in fi.⁊ in.l. fi.ff.pro suo.⁊ non solū debet ꝓbare scientiā feudi.sed etiā scientiā paterne mortis.vt.C.de captiuis.l.necnō lȝ enim fili⁹ etiam ignorans sit suus ⁊ necessarius de iure ciuili.non tñ ꝗ̄tū ad onera hr̄ditaria.vt.ff.de lega.i.l.nā nec emācipat⁹.⁊ pro hac opi.facit text.in.d. .c.i.§.quo tpe miles.dū dixit cui succedere debet ⁊c. ¶ Quero an vasallus possit cōpelli per dñm.ꝑ. annū ⁊ diēȝ ad reuocandū inuestiturā ⁊ fidelitatē ꝑstandā dic ꝙ nō.l.siue pars.C.de dila.⁊ insti.de ṽbo.obliga. in.§.in diem.⁊ est ratio q: istud tps videt esse in fauorem ipsius vasalli.ar.ff.ð ṽbo.obliga.l.eū q kalendis in.§.quotꝫ.⁊.ff.de regu.iur. in.l.cū tēpus. ƀm Nico. de neapo.⁊ tenet etiā Andre.de iser.hic⁊ Jaco.ardiȝ. sub dicta rubricella ex quo tēpore currit ānus. qð itellige verū i casu nostro quādo vasal.erat in possessiōe. sed vbi dñs adhuc est i possessione ⁊ nō vasal.tūc aliud est.vt statim dicam in.§.seq. ¶ Quero an.ꝑ.istud tēpus cogatur vasal.prestare seruitiū.vel si.ꝑ.istud tps offendat dñm.an amit.feu.⁊ dic ƀm Jac.de bel.ꝙ sic. ar.ꝑ.c.i.in.§.nec alia.⁊ in.§.ꝑdictis.⁊ tenet etiā Nico. de neapo. ¶ Ultimo de materia presenti. vide quod dixi in.d.c.i.§.quo tpe miles.⁊ qð tangitur.ꝑ.de capi. cora.in prin.⁊ de probi.fe.alie.p lotha.in fi. ⁊ in.d.§.ꝑterea.⁊ qð no.per glo.in.c.si minori.ꝑ.si de fe. fue.contro.⁊ ex̄ ð feudis.in.c.ij.⁊.xij.q.ij.in.c.long ngrate. ⁊ i Specu.de feu.in.§.quoniaȝ.ver.xxvij. ⁊ qð ibi p Joā. andre.⁊ plene p Jaco.ardiȝ.in ti.q.mo.feu.acqui. sub rubricella.ꝑ.qð tps inuesti.pe.de. cum qnqȝ rubricellis ibidē sequētibus.⁊ vide in ti.qui.mo.feu.amit. sub rubricella si nō petijt vasallus inuesti.ꝑ.ānum ⁊ diem.cū pluribus rubricellis sequentibus. ⁊ qð tangit.ꝑ.in.§.sequen.⁊ quod no.extra de iureiuran.in.c.veritatis.⁊ vide per Bal.in.l.i.ff.de rerum diuisi. in qōne.iiij. ⁊ p Hosti.in sūma ti.de feu.§.vtrum.

Est ⁊ alia. Supra ꝓxime visum est q̄liter vasallus qui est in possessiōe feudi amittit illud pp eius cōtumaciā ⁊ ingratitudinē.i non petendo renouationē inuestiture.ꝑ.ānum ⁊ diem. Nunc vō ponit aliam cām ingratitudinis ⁊ contumacie quādo ipse vasallus inuestit⁹ non vult iurare fidelitatem.⁊ diuide istū.§.in tres ptes. In pria dñs possidēs iterpellabat vasal.extraiudicialiter.vt pstet fidelitatē offerēdo se traditurū possessionē feu. ⁊ facturū inuestiturā realeȝ. In secūda interpellat vasal. iudicialiter p curiā trina citatiōe ad instantiā domini. In tertia limitat ꝑcedētia. Scda ibi.⁊ illo. Tertia ibi. si tamen. Casus. Uasallus verbaliter inuestitus de feud. ⁊ iterpellatus legitime vt pstet fidelitateȝ dño suo offerenti realem inuestiturā.si ꝯtumax extiterit tanꝙ̄ ingratus feu.amittit.dūmodo illud fe.sit eius nature.vt fidelitas prestari debeat.h.d. Premitte ꝓ euidentia ꝙ iste.§.itelligit in feu.nouo.in quo vasal' querat abu siue inuestit⁹.nō aūt erat inuestit⁹ ꝓprie p traditionē possessionis.nam iter istas inuestituras fit differētia. vt.§.quid sit inuesti.in prin. Item premitte ea que premisi.§.de cōtro.inter vasal.⁊ epi.in prin. ¶ In tex.ibi ingratitudo.s.vltra procedētē. Ibi notāda. Subaudi ꝓpter quā vasal.feu.amit. Ibi inuestitura.s.ꝓpriā ⁊ realē postꝙ̄ fecerat abusiuā ƀm Jaco.de bel.⁊ Bal. Ibi fidelitatē.i.iuramentū. vt.§.qd pce.debe. inuesti. an fideli.in fi.⁊ statim seqtur. Ibi interposito. Subaudi ad arbitriū curie ƀz determinationē traditā.§.i ti. de milite vasallo qui contu.est.in.c.i. i prin.⁊ hoc vult glo.hic posita in sui prin. que per hoc in dicto prin. remanet expedita vsqȝ ad ver.itelligo ⁊c. Ibi curiā.qd hoc sit.vide in.§.pe.ꝑ.de probi.feu.alie.p fede. Ibi proclamauerit.i.querelam exposuerit. Ibi citatus. de forma aūt ⁊ materia huius citationis plene dictum est in.c.i.in princi.de milite vasallo. Ibi iurare quod iuramentū.§.appellauit fideli.q: idem est.vt.§.dixi. Ibi beneficiū.i.feudū. Ibi fidelitas.i.iuramentū. Ibi prestandi.vt.§.per quos fiat inuestitu.in.c.fi. ¶ No.ꝙ pares sunt iudices cōpetentes inter dñm ⁊ vasallū.etiā si q̄stio sit ð feu.nouo.⁊ sup inuestitura reali .ad quod facit qð dixi.§.de ꝯtro.feu.apud pa.termi.ca.i.⁊ ð hac materia iurisditionis plene scripsi in.c.i.§. apud queȝ vel quos. ¶ No.ꝙ vasal.potest ex ꝯtumacia priuari iure suo.etiā ante sibi traditā possessionē feu.⁊ eo modo sicut priuat quando haberet integrum feudum ⁊ possessionē.vt.§.de mili.vasal.in.c.i.in prin. ¶ No.ꝙ feu.regulariter datur ꝓpter fidelitatē.⁊ ideo si denegatur fidelitas dño per vasal.denegabit sibi feud.per dñm qm̄ frangenti fidem[a] fides frangat eidē.l.cū ꝓponas.C.de pac.⁊ p gl.in.§.nullas.§.p quos fiat inuesti. ¶ No. feu.posse p pactum sine fidelitate cōstitui vt hic ⁊ in.d.c.fi.§.per quos fiat inuesti.⁊.ꝑ.de capi.cora.in prin.⁊.ꝑ.quali.do.proprie priue.c.i.in fi.⁊ de controuer.feu.apud pa.termi.⁊ in capitulis extraordinarijs.i.§.iij. Utrū autem dominus posset alterare exactionē fidelitatȝ dixi i.c.i.§.de forma fidel. ¶ Quero cum glo.i.que debet esse signata hic super isto verbo

a ¶ Frāgēti fidē. adde.l.si isti tuta.ff.de inof. test.l. q fidē.ff. de trāsac.l.si cō uenerit.ff.p so. c.si infidelis.xx. viii.q.ii.c. peruenit.el.ii. de iure iur.pe.de anch. in.c.statutū. ð rescrip.li.vi.cardi. zaba.i.c. suā. de pen.abb.i.c.quē admodū. de iu reiuran.

pollicēdo:ꝙꝙ q̄dā habeāt eam signatā.s̄.proxime in prin.capituli ⁊ male. An iste.§.intelligatur de inuesti.fienda.an de inuestitura facta. Et rñdet gl.ꝙ d̄ fiēda quoniā si semel esset facta inuestitura ⁊ possessio esset tradita non esset op⁹ ampli⁹ eā tradi. Et hoc vult ista glo. Sed tu itellige clarius.vt dixi super tex.vt intelligat̄ iste.§.de feudo nouo.de quo dñs iam inuestiuerat vasallum verbaliter ⁊ abusiue verum anteꝙ faceret inuestituram realē tradēdo possessionē corpalē volebat ꝙ vasall⁹ iuraret fideli.ꝓut tenet̄.vt in.c.si facta.infra si d̄ feudo fue.contro.dixi.s̄.in titulo q̄d precedere debe. ❡ Quero cū glo.fi.in ver.⁊ itelligo ⁊c. Si dñs iam fecit inuestiturā realem absqꝫ fidelitate. Verū postea dñs vult eam sibi prestari. sed vasallus eam facere recusat.an priuari d̄beat feu. Et rñdet gl. arguendo ꝫm practicam lombardoꝝ sumptā vtputo ex lege si cuiuscūqꝫ allegatā per tex.s̄.d̄ mili. vasal.in dicto.c.i.post prin.vꝫ ꝙ dñs per libellū debeat dictaꝫ fidelitatē a vasallo petere.quo casu vasallus expectat̄ per annū ⁊ diē ad dictam fidelitatē p̄standam. Interim possidēdo feudum quo tempore elapso priuabitur dicto feudo. Et ex hoc infert gl.ꝙ est longā differētia inter istum qui iam habuit possessionē feudi. quoniam expectat̄ per annū ⁊ diem. ⁊ illum qui nundū habuit possessionē.quoniā non expectat̄ tanto tēpore.sed solum donec ter citatur que citationes poterūt fieri multo breuiori tempore ⁊ causa expediri. Et hoc colligit̄ etiam ꝑ principiū huius capituli.vbi inuestitus realiter habet terminū anni ⁊ diei.⁊ iterim possidet quiete.sed in.§.nostro.quia non possidebat realiter molestatur incōtinēti ⁊ expeditur causa etiam ante dictum tempus anni.quod patet quia non requiritur nisi tempus trium citationum.d̄ q̄bus supra in dicto titulo de milite vasallo.in.c.i.i prin.que multo breuiori tempore expediri possūt. Et hoc vult tota ista gl.vsqꝫ ad finem. Sꝫ aduertēdū quia ista glo.p̄supponit ꝙ si domin⁹ iam fecisset inuestiturā realem sine fidelitate ꝙ habeat necesse expectare ānum ⁊ diē ⁊ fide. sibi prestandam.qđ non admittit Bal.dicens ꝙ immo erit arbitrarium ꝫm formā huius.§.⁊.l.mancipiorum.ff.de opt.lega. Et hoc videt̄ mihi equum:ne dominus videat̄ esse deterioris conditionis quando magis liberalis existit ⁊ maius beneficium cōtulit tradēdo possessionem feudi quam quando non fuit ita liberalis faciendo solummodo inuestituram abusiuam.argu.in.l.sed ⁊ si lege.§.consuluit.cum ibi not.ff.d̄ peti.here.⁊ extra de testa.in.c.cum in officijs. Itē quia iste vasallus non videtur exaudiendus cum dolo vel fraude velle videatur istam dilationem.vt in.c.fin.infra d̄ probi.feu.alie.per lotha. Item quia sicut dominus facta fidelitate posset compelli omnino ad tradendam possessionem:vt supra de noua forma fideli.in fi. Ita ⁊ eodem modo vasallus habita possessione potest compelli omnino ad prestandam fideli. cum parem viceꝫ inter se habeant.vt supra de forma fideli. in fin. Et ꝓ hac opi.facit quod no.per glo.in dicto.c.fi.per quos fiat inuesti.⁊ quod ibi dixi. ❡ Opp.ab extra ꝯtra istū tex.in fi.ꝙ imo feu.nō possit dari absqꝫ fidelitate.qm̄ omnis diffinitio debet cōuerti cum suo diffinito.l.i.ff. de dolo.sed fe.dicitur a fidelitate.d.c.fi. supra ꝑ quos fiat inuesti.igitur ⁊c. Solu.dicendum ꝫm Jaco. d̄ belui.ꝙ quedam sunt essentialia feu.vt seruitium ⁊ sine illo feu.esse non potest.nec remitti per pactuꝫ.ar. supra de milite vasal.qui arma belli. depo.in fi. Alia sunt naturalia feu. vt iuramenti prestatio. licet ipsa fidelitas sit essentialis in feu.iuramentum tamen est naturale ⁊ nō essentiale.ideo remitti potest.vt.ff.de dam.infec.l. qui bona.in.§.penul.sicut dicimus in venditione in q̄ precium est essentiale.⁊ sine eo esse non potest. vt.ff.d̄ contrahen.emptio.in.l.i.sed quedaꝫ sunt naturalia.vt euictio ⁊ illa remitti pōt.vt.ff.de actio. emptie.l.ex empto.i prin.⁊ in.§.fi.⁊ licet nō sit verū feu. tamen illius modis amitteret̄ q̄bus ⁊ verū feu.ĵ.de feu.nō ha.propriā naturā feu.in.c.i. ❡ Quero an dñs q̄ fecit vasallo inuesti.abusiuā possit compelli per vasal.ad faciendum ⁊ tradendū realeꝫ inuesti. an liberet̄ p̄stando interesse.dic ꝙ tenetur possessionē p̄stare. vt.ĵ.si de feu.fue.cōtro.in.c.si facta.⁊ ad hoc vide qđ dixi.s̄.d̄ noua fideli.for.i fi. ❡ Ultimo ad materiā huius.§.vide remissiones quas dedi.s̄.in.d.ti.de mili.vasal.qui cōtu.ē.in fi.principij.vt.s̄.ꝑ quos fiat inuesti.in.§.fi. Jaco.

Itē qui dominuꝫ.

Vasall⁹ amittit feudum si dñm i ꝑlio nō adiuuauit cū potuit.sꝫ eū ꝑiclitātē dimisit.h.d. ❡ In tex.ibi iuuaret. Subaudi ꝓut tenet̄ ire cū ipsum adiuuādi qn̄ facit guerrā licitā. alias secus.vt.ĵ.hic fi.lex.in.c.i.in p̄n. Ibi dimiserit. Subaudi cū posset adiuuare ipsum: vt.s̄. d̄ feu.sine cul.non amit.in.c.ij.in fi.⁊ no.glo.s̄.q.mo.feu.amit.c. i.in p̄n. Ibi iudicauit. Subaudi q₂ p̄uabit̄ feu. per sniam.vt no.glo.infra de probi. feu. alie.per fede.in.§. calidis. ❡ No.ꝙ vasallus deserens dñm in acie pugnantem feu. priuatur. quinimo si fuisset primus q̄ aciē fulgēdo deseruisset deberet capite puniri.l.oē delictum.in §.qui in aciem.ff.d̄ re mili. Item tales fulgentes sunt infames.vi.q.i.infames.facit.l.iij.ff.ad.l.iul.maiesta. ❡ Quero cū glo.q̄d si vasallus reliquit dominū morantem in prelio campestri. an priuet̄ feu. Et rñdet gl.ꝙ sic.dūmodo dñs adhuc nō sit mortuus vel mortifere vulneratus.vt est casus.s̄.qui.mo.feu.amit.in.c. i.in prin. Et hoc vult tota ista gl.remittēdo sꝫ ad ibi plene notata.⁊ ibi plene dixi. ❡ Quero ab ex̄ an vasal.debeat p̄ponere salutem dñi sui saluti ꝓprie dic ꝙ non.vt habes glo.notabilē.infra d̄ alie.feu.pa. in.c.fi. ⁊ quod no.glo.s̄.qui.mo.feu.amit.in prin.⁊ ibi dixi. Nec isto casu intelligeret̄ dimisisse dñm q̄ cā salutis proprie dimisit.ar.ff.de acqui.posses.i.l.interdū.in.§. i.in fi.⁊ tenet Jaco.ardi.d̄ qua questione dic per glo. ⁊ docto.in.l.iij.in.§.eo.autem tecto.ff.ad sil.⁊ dixi infra eo.in.§.porro.vbi glo.tangit.⁊ vide optimā gl. infra hic finitur lex.in.§.fi. ❡ Quero pone ꝙ non erat possibile ꝙ vasal.potuisset ipsuꝫ dñm adiuuare.an puniatur. Et rñde ꝫm Jaco.ardi.ꝙ non.ar.i.l.omne delictum.in fi.ff.d̄ re mili.⁊ ꝓbatur infra eo.in.§.sed nec est alia.⁊ quod ibi dixi.⁊.s̄.de feu.sine cul.non amit.in.c.ij.in fi. ❡ Quero q̄d si vasal.deseruit dñm non turpi de causa sed forte timendo crudelitatem tyrāni an puniet̄. Et rñdet idem Jaco.ꝙ nō.ar.ff.qui.ex cau.i pos.eatur.in.l.fulcinius.in.§.q̄d sit. ❡ Ultio de materia huius.§.vide qđ dixi in dicto.c.i.in prin.s̄.q̄bus mo.feu.amit.⁊ in dicto.c.ij.s̄.d̄ feu.sine cul.non amit. ⁊ quod tangitur in dicto.c.i.infra hic fi.lex.⁊ plene ꝑ Jaco.ardi.in sūma.in ti. q.mo. feu.amit.sub rubricella si in prelio dñm dimiserit.cum quinqꝫ rubricellis sequentibus. Et ꝙ tangitur infra de ꝓhi.feu.alie. ꝑ fe. in.§.firmiter.⁊ in dicto.c.fi.infra de alie.feu.pa. Et vide in Spec.d̄ feu.in.§.quoniā.ver.xv. ⁊ ver.xvi.⁊ v. xxiij.vbi ponuntur plures q̄ōnes.qualiter vasallus debeat se habere quādo dñs guerrā facit vel facere intēdit.⁊ quod dixi.s̄.de no.fi.for.in prin.⁊ in titulo supra hic potest esse titu.qui.mo.feu.amit.⁊ tex.infra in titulo quot testes sint necessarij ad ꝓba.feu.ingra.⁊ vide in.c.as q.de homicidio.lib.vi. Jacobus.

Preterea si.

Diuidit̄ i duas ptes. In p̄ma iuitat vasallū ad certificandū dñm d̄ periculo sibi immīnēti. In secūda ipm̄ punit si nō facit. Secūda ibi:ꝙ si. Casus. Vasall⁹ sciens periculū imminet̄ dño siue circa ipsius ꝑsonā siue circa grauē iacturā bonoꝝ suorū dꝫ ꝙꝑrimum potest ipsum certiorare.alias p̄uabit̄ feudo.h. d. ❡ In tex. ibi

